



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo


Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



The background of the image is a marbled paper pattern, characterized by a dense, organic design of dark greyish-blue, black, and yellowish-goldish veins and spots on a light cream-colored base.

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK



200000087748

Digitized by Google



A. 1

HISTORIA

PROVINCIAE

FLANDRO-BELGICÆ.

HISTORIA PROVINCIAE FLANDR0-BELGICÆ SOCIETATIS JESU,

QUAM E VETERIBUS DOCUMENTIS COLLIGIT

C. F. Waldack, ejusdem Societatis.



A N N U S U N U S ,

SPECIMINIS CAUSA

1638^{us}.



GANDAVI,
E PRELO C. POELMAN,
via dicta Hoogpoorte, 19.



BRUXELLIS,
APUD H. GOEMAERE,
via dicta de la Montagne, 52.

M D C C C L X V I I .

Cum specimen cui titulus *Historiae Provinciae Flandro-Belgicæ
Societatis Jesu, annus 1658*, a CAROLO WALDACK ejusdem Societatis
Presbytero concinnatum, rite examinatum fuerit, facultatem con-
cedimus ut, servatis servandis, prelo subjiciatur.

Bruxellis 15 Maii 1867.

C. CRESPELLE
Præp. Prov. Belg. S. J.

Vidi Gandæ 16 Junii 1867.

J. TOLLENAERE, *Can. Lib. Cens.*

LECTOR BENIGNISSIME,

Liceat mihi breviter indicare cur, hoc ævo, *latine* scribam; cur *annum unum* dumtaxat edendum judicem; et quam ob causam de Flandro-Belgicâ, *non etiam de Gallo-Belgicâ* tractandum existimem.

Latine scribo, ut documentis latinis a me repertis suum stylum, et quoad fieri poterit primævam indolem conservem. *Latine* scribo, quia non pro solis Belgis aut Gallis præparo a multis annis hanc elucidationem, sed pro nationum omnium eruditis viris, qui deinde, si libuerit, poterunt ex hoc Opere seligere, et suâ quisque linguâ depro mere, edere, adornare, quæ sibi videbuntur utilia.

Ex trium sæculorum Historiâ, singularem *untus* tantum *anni* descriptionem profero *speciminis causâ*, ut plurium virorum judiciis frui deinceps, et eorum animadversiones in lucrum apponere valeam, ego quidem quoad vixero, successores mei post me, in confiendo Opere integro; quod complecti debet Societatis Jesu *originem* et *progressus* hâc in Patriâ — ejus usque ad suppressionem *existentiam*, — *suppressionem ipsam* — et post renatam Societatem, ejus jam *quinquagenarios* et amplius in hâc Belgicâ provinciâ *labores*. Edendum vero selegi annum Christi 1638^{um} quia, licet nondum repererim omnia etiam istius anni documenta, horum tamen non contemnendum lectioni possum subjicere numerum.

Tandem, cur non simul de Societatis Provinciâ *Gallo-Belgicâ* scribam, ratio est quòd desint, aut lateant adhuc illius historiæ monumenta. Paucas enim chartas adhuc assecutus sum, quatuor aut quinque domorum; cum tamen in eâ Provinciâ domus fuerint quatuor supra viginti : Tornaci tres, collegium scilicet, Domus 1^æ probationis, et Episcopale Seminarium; Armentariæ Collegium et Domus 3^æ probationis; Collegia Ariæ, Audomaropoli, Bethuniæ, Cameraci, Castrocameraci,

Dionanti, Duaci, Hui, Insulis, Leodii, Luxemburgi, Malbodii, Montibus in Hannonia, ubi erat etiam Convictus, Collegia Namurci, Nivellis, Valencenis; et duæ Residentiæ, Athens et Marchiensis; quorum cum desint documenta, supplex omnes precor ut in iis conqui- rendis me adjuvent. Spero tamen fore ut sufficiens adfutura sit notitia condendo primo volumini, de Flandro et Gallo-Belgicâ simul; scilicet, ad annum usque 1612, quando Provincia Societatis, quondam Belgica, fuit in duas dispartita.

Unum, quæso, liceat subjungere, LECTOR BENEVOLE ET ERUDITISSIME mentem meam in his conscribendis non esse, ut pristinorum Patrum nostrorum acta aut dilaudem, aut vituperem, aut discutiam; sed ut ea sicut ipsi conscripsere reproducam, et palam omnium judicio submittam. Causidicus non sum, sed scriptor. Utinam, litterariis vestris otiis, DOCTISSIMI VIRI, utinam arduis forte laboribus vestris, horas aliquot aut utiles aut jucundas interpolare possim!

C. F. Wk.

PROTESTATIO.

Ut insistam Decretis Urbani VIII Summi Pontificis declaro : si quæ facta miraculosa designentur a me in hoc Opere, aut si qui Viri nuncupentur Sancti, id privatâ auctoritate dictum, nec fidem humanâ majorem excedere.

HISTORIA

PROVINCIAE S. J. FLANDRO-BELGICÆ.

1638.

ROMANAM S. PETRI SEDEM jam ab annis quindecim occupabat illustris Pontifex Annus Christi
1638.
URBANUS, hujus nomine VIII.

Societatis Jesu Præpositus Generalis erat R. P. Mutius Vitelleschus.

Belgium suberat supremæ ditioni Regis Hispaniarum Philippi IV, cuius vices his in partibus ut Gubernator tenebat ejus frater, Infans Hispaniæ, Princeps Ferdinandus. Bellis undique divexabatur hæc Patria. Conjunctionis enim inter sese armis Fœderati Ordines Hollandiæ, et Rex Galliæ Ludovicus XIII, non solum Hispaniam subigere, sed Belgicas etiam inter se partiri Provincias jam dudum meditabantur. Præter cetera, Dominium Mechliniense et Marchionatum Antverpiensem Hollandis in partem destinabant.

Provinciæ Societatis Jesu Flandro-Belgicæ præerat, ut Præpositus Provincialis, Fredericus de Tassis usque ad hujus anni diem 14th Martii (*Dominicam Lætare*), et ab hâc die successor ejus Jacobus de Tollenaire, qui in Domo Professâ Antverpiensi suam residentiam habebat. Hæc Societatis Provincia personas tunc numerabat octingentas et octoginta (*Ad calcem vide Appendicem 1st.*)

ANTVERPIA.

« In perturbatis istorum temporum hujus Patriæ rebus, die 14th Junii (ut ferunt Antverpienses litteræ annuae) Batavi Flandricum ad Scaldim aggerem occupaverant, duce Gulielmo Nassavio, Friderici Henrici, partium Hollandicarum summi gubernatoris, cognato. Cæsis atque fugatis Hispanis aliisque regiis militibus, incredibili celeritate communierant duo Castella duabus ab Antverpiâ leucis dissita, alterum in Calloo, prope Verrebroeck alterum, et quâ per singulos aggères inter depressa et palustria accessus erat, castra sua collocare aggressi, magnam urbi terorem injece-
rant, quem augebat rumor publicus : ad futurum brevi Principem Arausiacum cum aliis Bataviæ copiis. » ...

Terrores
bellici

..... Obstupuit primum Deo Regique suo fidelis Antverpia. Sed mox ad Deum quamplurimi supplici prece confugèrunt; memores cœlestis auxili multoties in rebus arduis accepti, nominatim anno 1622, quando classis hostium ipso in pervigilio S. Francisci Xaverii mire dispersa fuit, et apud Willemstadt congelata mansit; item memores anni 1624, ubi, paulo post relatos primū honores S. Francisco Borgiæ, Castrum Antverpiense ab insidioso diuque præparato assultu servatum fuit, subitâ turpique hostium fugâ. « Quantum his diebus » de quibus nunc agimus, inquit Scriptor annuarum, « quantum in urbe precum fuerit effusum, quantæ corporum afflictiones adhibitæ, facile colligit qui nôrit quam præsens potensque sit ad pietatem exhortator instantis mali metus. »

« Attamen, Princeps Ferdinandus Antverpiam advenerat die 15^a Junii, et civibus trepidantibus ad solatum nuntiarat propediem Mechliniā sibi adfuturas Piccolominii (1) copias; adhibitisque in consilium belli Ducibus decreverat hostes apertā vi esse loco pellendos..... »

Interim, quod Patres nostrae Societatis spectat... « alii rebus tam angustis exanimatos cives ad spem revocabant; alii circumibant cum honoratis viris, Episcopo comprobante, civium opulentiorum domos, corrogando quae deerant annonae militari; alii, præsentes in Castris ipsis, cibaria militibus distribuenda curabant, eosdem alii ad Fidei patriæque defensionem accendebant, et Saora confessione ac Eucharistico pane roborabant.... Jamjam pene octiduum Batavi stationes a se occupatas tenebant, vallatas undique, valide munitas, in dies magis inexpugnabiles... cum tandem indictum fuit die 21^a Junii prælium; signum locis omnibus paulò post medium noctem e Verrebroeck eminūs edente Don Andrea de Cantelmo..... Urbs Antverpiensis non fragore tantum tormentorum tota perstrepuit, sed e domorum tectis ipsa pugna perspicue cerni poterat oculis.... Nocte totâ domi nostræ supplicarant aliquot paria Patrum fratrumve ante Sanctissimum; verum, ubi certamen initum percrebuit, omnes excitati, atque ad Templum convocati fuerunt... Mox et cives permulti nudis pedibus, per quæ compita Supplicationes solemnes incedere solent, discurreré; et cum sub horam 3^{ma} matutinam aperiebantur templi nostri valvæ, fiduciam addente festâ celebritate S. Aloysii, statim frequentissimus sese infudit populus..... »

« Ut primum vero patefactæ fuerunt urbis portæ, Patrum nostrorum plures evolaverunt ad Fortalitium S. Mariæ, ubi ad sex usque horas tenuit prælium. Aliqui Castrenibus Missionariis subsidio fuere, pugnantibus immixti militibus. Aliqui in naves insiliere, quibus vehebantur in urbem sauci. Redeuntibus in urbem, adfuere, præter denos a Magistratu Chirurgos pro curationibus moram non patientibus constitutos, aliquot Sacerdotes, tum ex Ordine SS. Francisci et Augustini, tum ex nostris octoni, qui in ipsis navibus confessiones magis periclitantium exciperent... »

evanescunt,

» Verum, ipsâ cum die præluxerat victoriæ spes.... Hostes matutino jam territi prælio... non ignorabant adventurum Mechliniā secundo flumine Piccolominium... Cum ergo cernerent naves fere 40, fascibus et commeatu onustas, favente amne approxinantes ad S. Mariæ Castellum, rati iis vehi Piccolominii copias, cœperunt fugam circumspectare..... Creditum illis divinitùs immissos terrores fuisse... multi in aquis suffocati, in vado et cœno trucidati plurimi.... »

Ex Diario
Castrensi.

Rem ut summatim complectar : Regiae copiae eos post medium noctem aggressi, « per aggeres difficillimos, ab adversariis intercisos, sudibus et loricis præmunitos,... unanimititer impetum fecerant a tribus partibus; Itali ex Werbroeck, sub Andrea de Cantelmo; Hispani ex S. Mariæ, sub Comite Fonteclaro; Germani ex Beveren sub Marchione de Lede; et decertarunt alacritate tantâ et robore, ut hostem prima nocte magna clade affectum, altera nocte terrore ingenti prorsus in fugam actum, ex suis sedibus præter spem pene omnem expulerint... »

relatâ victoriâ
in Calloo,

» Capti ter mille quadringenti septuaginta quinque. Cæsorum ex hostibus, aut in Scaldis æstuariorum messorum numerus ad tria millia. Cernere erant hinc aggesta in cumulum, illinc hærentia in luto cadavera. Inter hæc a Patribus semineces aliqui reperti, quibus absolutionem sacram impertiri potuere. Vexilla relata supra 40, tormenta pari ferme numero. Naves 85 in prædam cessere militibus, ditatos se in omnem vitam jactantibus, si partis uti nossent. Postridie effusa portis civitas universa. Singuli spoliorum aliquid reportabant. Visa fuerunt ad dies complures incedentium in urbe

(1) Octavius Gonzaga. = Octave Piccolomini, Duc d'Amalphi, Général d'armée de l'Empereur et du Roi d'Espagne.

agmina puerorum armis hæreticorum instructa.... » Victoria denique fuit celeberrima, quam aliorum erit, si libuerit, fusius celebrare. (*Vide Appendicem II.*)

» E copiis regiis, octidui spatio, vix 500 ferro hostili succubuere, vulnerati aliquanto pauciores; minus dextre curati postmodum obierunt aliqui: at plures generoso profitebantur animo, gaudere se, quod vitam naturæ debitam impendissent religioni et si mille animas haberent, eas ultro se quamprimum et libentissime pro Ecclesiæ defensione profusuros »....

Dum triumphis interea resonabant omnia. « Successit Patribus nostris in urbe laborum seges uberior a sauciis, tam Regiis quam Batavis, quorum animis simul et corporibus eximiâ charitate ministrabant; unde etiam factum est, ut hostium non pauci ab hæresi conversi, et Ecclesiæ reconciliati sint.... ac ut inter eos alii, quibus vel pertinacia indurarat animos, vel scurrilis nugacitas rerum cœlestium contemptum indiderat, Nostrorum tamen charitatem laudibus extollerent, quorum antea vel nomen abhorruerant. »

« Postmodum vero, fœda morborum lues a tot cadaveribus, a cœli intemperie, a locorum insalubritate aliisque fontibus oriri coepit totis primum castris; deinde in urbem adrepigit; et uti civitatem graviter affixit, ita Patrum fratrumque omnium industriam exercuit abundantissime. » Unus autem P. Henricus Diericx, cum uno fratre, peste infectos curabant a Communitate sejuncti, ut ex catalogo personarum constat. Quæ omnia si compendiōse dicta sunt, quantam comprehendant laborum et ærumnarum seriem, quivis animadvertis.

Ferebantur interea per omnium ora, de causis obtenti triumphi piarum animarum conjecturæ, quoniam omnia suo quisque modo solet interpretari. Illas hic Scriptor exponit, et suam quasi hac in re sententiam apponit: « Fuerunt, inquit, qui indagarint, quibus e cœlo subsidiis tantus bellicus nuper successus enasci potuerit. Et, certe quidem, ad opem a Divis petendam invitarat, vel maxime suo exemplo, Sérénissimus ipse Princeps Cardinalis Ferdinandus, qui occasione festi B. Aloysi nostri, eundem in expeditionis patronum delegisse credebatur. Solemni saltem Sacrificio, quod ipsâ die canebatur in templo nostro, pie interfuerat; atque haud dubie negotium istud, non minus patriæ quam suum, Divino per Aloysium favori commendarbat, interea dum singulis in acie designabatur locus, adornarenturque ad prælium omnia. Et, utique, certamen ipsum in pervigilio Festi B. Aloysi coepit sequenti die feliciter peractum est. »....

« Verumtamen, tam prospere eventus videntur potissimum adscribendi Deiparæ Mariæ, Antverpiensem tutelari; quæ, tam huic patriæ propitia, quam adversariis infensa, demonstrare voluit non impune sacra atque divina violari. Batavi siquidem mox ab adventu suo templum Calloanum insederant, et illud impiè profanarant. Statuam quoque B. Virginis ligneam sacrilego ludibrio flammis injecerant concremandam; quod immane flagitium ad perniciem hostium pondus non exiguum creditur addidisse.

« Et quidem, pridie diei B. Aloysio sacræ, cum in Congregatione Sodalitatis juvēnum majorum, titulo Natae Virginis institutæ, tam atrocem patronæ ipsorum illatam injuriam Noster Sacerdos, Congregationis Director, commemorasset, et..... in spem omnes erexerat fore ut Diva Virgo suorum patrocinium adversus hostes susciperet; Sodalium aliquis, et æstate provectior et virtute, atque is vir valde beneficus, voto tacite sese obstrinxerat, alterius statuæ Marianæ suo ære conficiendæ, et isthuc loci collocandæ, si præsenti periculo eriperetur Antwerpia..... Itaque, debellato hoste, Sodalis ille noster, voti feliciter reus, cum ejus solutionem meditabatur, intellexit jam tum novam nimirum Deiparæ statuam, novum altare, nova ornamenta violato

Auspice præ-
sertim B. V.

ab hostibus templo, jussu et dono Ser^mi. Principis apparari. Quare, mutato majorum auctoritate consilio, pingi curavit imaginem amplam atque insignem, pretio 130 florenorum, quâ Virgo sospitatrix, adgeniculante sibi B. Aloysio, Antverpiam suam protegere, et sacrilegos hostes ingenti illâ clade profligare conspicitur. Quæ tabula templi Calloani parieti affixa manet, ut æternum gestæ rei feliciter gestæ monumentum. Sed et quotannis deinde, dum B. Aloysii dies affixis per urbem programmatis proxime celebranda promulgatur, iisdem quoque renovari solet victoriæ illo die partæ memoria. »

Hæc ex litteris Annuis (1).

In templi nostri Antverpiensis odæo superiori sedes binæ confessionales pösitæ fuere, sumptu Excellentissimi Principis Barbansonii, qui et ducentos florenos, ut auno superiori, donavit bibliothecæ. Collocatum etiam B. Stanislao altare marmoreum, ex testamento Mariæ Jardiniæ. etc., etc.....

Ex toto Patrum
numero,

Liceat autem nobis aliquantisper ad Domus professæ penetralia descendere : Huic præter R. P. Provincialem et socios, adscripti erant, sub suo P. Præposito Andréa Judoci (Joostens), Sacerdotes triginta, FF. Coadjutores totidem, et Scholastici tres qui repelebant studia, lectores erant etc. In longum abiremus si describenda forent singulorum nomina, et officia. E personarum tamen numero duos commenorem, ad hæc usque tempora notissimos, alterum, P. Joanneum Bollandum, qui jam anno 1635 primum suum volumen ediderat, et anno hoc 1638 simpliciter in catalogo dicitur fuisse consultor, scriptor et confessarius. Alterum, Fratrem coadjutorem Danielem Seghers, cuius pictos ad vivum nitidissime flores ambire cœperant undique Principes viri; et ipse Princeps Arausius, quod suo loco pertractandum relinquimus. Feliciter repertum hujus anni Catalogum functionum documentis affigo. (Append. III.)

**¶ moritur unus
in domo Prof.
P. Ant. Serjans.**

Ex universo personarum numero in D. P. mors abstulit, die 18 Junii, P. Antonium Serjans, Ziericzeā oriundum. « Annos egerat in Societate 36. Docuerat litteras humaniores et sacras, philosophiam, theologiam. » Amplioris defectui notitiæ supplendum aliunde censemus in aliquibus. Doctoris medici filius, anno 1582 natus, litteris humanioribus excultus fuit Lugduni-Batavorum, quadriennio. Duobus deinde annis studuit Lovanii, ubi post alterum philosophiæ biennium factus Magister artium, admissus est in Societatem a Bernardo Oliverio, Provinciali Belgii, et Domum probationis Tornacensem ingressus 26 Octobris, 1602. Professus est 4 vota, 1617. Sylvæducis Concionator fuit, Confessarius et Consultor. Antverpiæ præfuit conferentiis casuum et Sodalitati latinæ. Lovanii anno 1627 et sequentibus scholasticam theologiam profitebatur, interim D. D. theologorum sodalitatem dirigens. Bruxellis ab anno 1632 Præfectum rerum spiritualium, collationis casuum et latinæ Sodalitatis egit,.... quoad revocatus 1657 Antverpiam pristinis hic munis immortuus est.

**in Collegio
P. Balth.
Van Dyck.**

Obiit Sacerdos alter die 19 Septembbris, in Collegio Antverpiensi, Balthasar Van Dyck, natus 1603 ab honesto mercatore Gabriele Van Dyck et Helena Fruythof. Genitorem commemoro, quia vetera scripta consignant rem Collegii familiarem hoc anno auctam censu anno 100 fl. liberalitate Dni Gabrielis Van Dyck, quem eudem qui supra fuisse conjicimus. Filius post sex humaniorum annos admissus a R. P. Seribani, Provinciali, 22 Julii 1618, Septembbris die 6 Mechliniense tirocinium adivit. Acceleratis ut videtur studiis, post peractum Lovanii theologiæ quadriennium, Ipris publice theologiam moralem docuit aliquot annis; idemque postea munus in Collegio Antverpiensi, pro Diœceseos, et decem e Societate theologis, exercuit usque ad præsentem de quo

(1) Ne citationes semper easdem inutiliter in imo folio repetere cogar, hoc loco judicavi monendum lectorem, quæcumque in hoc opere « citationis signaculis » munita reperiet, ea ex domuum aut Provincie *Litteris annuis*, quæ in Archivo Statū asservantur, aut ex supplementis historiæ diversa manu conscriptis esse desumpta; adeoque nec stylum, nec ipsas sententias ad me pertinere. Omisi non raro superflua.... intercalando puncta... ne lectori fastidio forem, neque volumen in duplum aut triplum abiret. — Omissa, tamen fortassis scribenti fors aliquando Domus unius historiam possent convenire. — Hinc inde brevem parenthesis, claritatis causâ, judicavi inserendam.

agimus annum. Tum, adeò florenti ætate, fuit intra 24 horas repentinæ paralysi Patriæ Societatis subreptus, vir magnæ fortitudinis in patiendis doloribus, modestiæ suæ gratus in paucis, osor hostisque perpetuus omnis dissidii. Quatuor vota solemniter nuncuparat a biennio.

« Collegium Antverpiense (1) numerabat præsenti anno Sacerdotes quindenos, in quibus Professores theologiæ tres; non sacerdotes 14, partim theologicis studiis applicatos, partim scholarum magistros; et ultra duodenos coadjutores. Ex his fere quadragenis unus obiit, alter periculo morbo tentatus; reliqui omnes valuerunt, singulari Dei beneficio, ut unâ nobiscum agnoverunt Externi, quum id temporis creberrima ducentur ex totâ urbe funera, et grassarentur morbi præter morem graves ac diuturni. »

Collegium
Antverp.

» Discipuli censemabantur universe 550, quorum centum erant, sub iisdem tectis, convictores solo triclinio ac dormitorio sejuncti. Exeunte anno, ex iis ad Societatem aspirarunt 14; admissi sunt undecim; ingressi dumtaxat novem, ob duorum moram a parentibus injectam. »

» Traductum hoc anno fuit istud adolescentium Seminarium (ut tunc vocabant) in vicinas domos, ubi seorsim a Collegio, atque adeo a conspectu nostrorum incepérunt degere convictores, et sic sua Collegio libertas atque tranquillitas acquisita. Dubitatum diu fuerat quid hac in re fieri posset et expediret. Nonnulli extingendum judicarant Convictum, quod ei nec locus videretur reperiri posse; aut si reperiretur, eos crederent sumptus faciendos, qui tam iniquo tempore sustineri non possent. Et horum sententia placuerat initio Rev. Patri Nostro; donec ab aliis habitatio reperta est commoda satis, et ostensum tantos sumptus non faciendos, atque his faciendis convictorum numerum suffecturum. Quod ubi R. P. Noster intellexit, maluit Seminarium stare, ut et nota vitaretur inconstantiæ, et fructus, ex institutione tot juvenum sperari et capi cœptus, percipi pergeretur. Admota igitur operi manus; et trimestri spatio domus quæ pridem elocabantur externis, unâ cum parte collegii, ad usus accommodatae sunt convictorum, qui in eas traducti sunt Octobri mense sub initium fere studiorum. De supellectili, quâ fuerant hactenus usi adolescentes, de annonâ præparatâ, aliisque rebus cum esset controversia; arbitri dati sunt duo nostri, quorum ex sententiâ: quia Seminarium videbatur Collegio fuisse proficuum, omnis ea supellex quæ a septem retro annis (quot fluxerant ab instituto Convictu) fuerat comparata, Convictui cessit. Annua trifariam divisa, duæque partes ex tribus Collegio adjudicatae. »

Convictorum
migratio.

Collegii Rector tunc existebat P. Conrardus de Gavre, Athenis. Directioni Convictus duo Sacerdotes admoti, alter superioris titulo, P. Joannes Evangelista Ricardt; alter Ministri et Procuratoris, P. Carolus de Beaurain. Accesserunt duo Magistri et 4 FF. Coadjutores; quibus adjuncti sunt famuli externi, plerumque Candidati (2).

De Collegio Aldenardensi nihil admnodum notabile reperitur hoc anno. Rector erat P. Franciscus de Seclyn, Gandavensis. In Gymnasio, non Sacerdotes Magistri quatuor docebant; unus rhetoricam, poësin et linguam græcam; alter Syntaxin; tertius medium grammaticam; quartus infimam, seu sermonis figuram.

ALDENARDUS.

« Domi pietas, et devotio erga S. P. Ignatium in populo perseverat; id testantur, inquiunt, plurima votiva Sacrificia in ejus honorem musico concentu peragi solita. Multi, S. Reliquiarum ejus et aquæ lustralis usu, necessitatum suarum levamina a Deo petunt et impetrant. Universim in Sacello nostro S. Communiones distributæ

(1) Collegium a 30 jam annis eductum e Domus Professæ septis erat, ad ædes quæ præsenti ævo accommodatae sunt nosocomio militum, in platea vulgo Prinsse-straat.

(2) Convictus postmodum translatus est, anno 1651 exeunte, ad propriam domum, in foro S. Jacobi (S. Jacobsmerkt). Domui nomen est Straelen-toren, cuius turri etiamnum supereminet colubri signum.

sunt 18000. Haud exiguo labore ac industriâ Nostri laborem navarunt, tum captis ad Audomarum Francis, tum reis ad extremum pro expiando delicto supplicium fortiter tolerandum animatis. Statim a primo captivorum adventu, confessi et S. Communione refecti erant unâ simul ducenti. Deinde per tres menses iis omibus unicus e nostris Sacerdos ad obsequium fuit. »

Castellaniæ Aldenardensis agrum excolebat P. Gulielmus Saverys, Cortracenus, quem nonnunquam mendose quidam designarunt nomine Xaverii. Ipsi successit hoc anno P. Albertus Eugenius a Malaspina, Bruxellensis.

Alosti.

Alosti, Rector erat Franciscus Vandenberghe; et pariter ibi Missionarius, eo nomine dignissimus, P. Bonifacius Lutzenkerke, Coloniensis, obibat labore strenuo territorium Alostonum. « Hoc anno suis exhortationibus ultra 4470 ad S. Synaxim deduxerat adultos (his dapibus non assuetos) et ubique in subsidium invitarat ad Confessiones audiendas Parochos. » Pensio 600 et amplius florenorum, ad sustentandum cum socio Missionarium assignata, nuper quidem Edicto regio detracta fuerat, et id haud dubio propter iniquitatem temporum; perrexit nibilominus bona spe Pater pagos excolere..... « Milites Germani non pauci, domi forisque, Fidem catholicam ejuratâ hæresi sunt amplexi. Plures multo, initis cum Dæmone pactis renuntiarunt. Cultus B. V. Deiparæ, in Sacello nostro, ante iconem ejus e ligno Foyensi confectam, crevit majorem in modum. Loquuntur id donaria quâ cerea, quâ argentea, et ornamenta altaris, præter lampadem argenteam cum lumine perenni (1). »

Scholæ litterariæ florebant Alosti quinque, sub totidem Professoribus, non Sacerdotibus. Rhetorica seorsim sub uno; Poësis simul cum lingua græca sub alio, et ita deinceps, ut Aldenardæ. « E discipulis ad religiosæ vitæ institutum complures animum adjecere, et ex sola quidem rhetorica quatuor. »

Breda.

Ex ordine Catalogi domuum sese offerret hic Breda, nobile Oppidum, in quo Societas sedem fixerat ante annos 12. Verum, illud tantæ spei Collegium fuit anno superiori post trium fere mensium obsidionem extinctum; et urbs Fæderatorum Ordinum ditioni subjecta. Expugnationis narratio, quam ad dies et horas descriptam possidemus, in MS cuius adhuc ignoramus auctorem, tota ad annum prædictum pertinet. Satis ergo sit dicere : « die 10^a Octobris 1637, Patres fratresque nostros, cum aliis viris Religiosis, et cum toto militari Præsidio, ipso hoc ineunte scholari anno, fuisse urbe eductos. » Ceterum (ut forte possit aliquando dignosci Scriptor istius manuscripti, his clausit ille verbis narrationem suam) « ne Bredanorum intereat » Fides, ne flaccescat orthodoxa religio, ne extinguatur pietatis ardor, id Fidei » largitori Deo curæ cordique fore spero, exopto, precabor. »

Brugis.

Collegii Brugensis Patres longe discurrunt in enarrandis, quæ præclare ad proximi salutem a se gesta sint, maxime in nosocomiis, in quibus hoc anno frequentia major erat; et duabus evolvunt paginis operatas in iis conversiones. Deinde subjungunt. « Obiisse hoc anno non piam magis, quam Societati benignam Dominam Elisabeth de Tollenaer, quæ sicut dum viveret unâ cum marito suo viro pientissimo, filium unicum

(1) Non ignorat lector historiam quercùs Foyensis miraculis insignem. Nempe, post recentium Iconoclastarum infanda facinora, voluit sane Deus Sacrarum Imaginum cultui suos vindicare condignos honores. Ut aliis in locis v. g. Bonæ-Spei, in Hannonia, Montis acuti in Brabantia, ita in ditione Namurcensi prope Dionantum, apud vicum Foyæ nomine designatum, inventa in quercu fuit imago B. Virginis, quæ multis gratis miraculosis, aut miraculo proximis, celebris evasit. Deinde ex ipso quercùs ligno confectæ quamplurimæ Icones fuerunt, plures earum ad domos nostras varias a R. P. Provinciali Gulielmo De Wael fuerunt altæ, et haud minus ac ipsa statua Foyensis, celebres evaserunt.— Id autem plane ignoramus, an Alosti fortassis alicubi supersit adhuc Imago de quâ hic agitur; et ut aliquis indaget precamur.

quem habebat Petrum de Riebeke Societati nostræ libens obtulit, ita moriens, Collegio Brugensi reliquit, in annos singulos, circiter 700 florenos. »

Haud otiosum mansit illius Dominæ legatum, nam : « Empta hoc anno vivaria, sylvæ et agri 50 fere mensurarum, in Buscampvelt, ad utramque ripam fluminis (1) quo hinc Gandavum est iter. Et, circa templi fabricam desudatum hoc anno strenue fuit, erectis feliciter columnis omnibus et parietibus utrimque; inque variam materiam templo necessariam expensa 16 circiter florenorum millia. »

Templi delineator et architectus, Petrus Huyssens, frater coadjutor, qui superiori anno e vivis excesserat sexagenarius, etiamnum sincere desiderabatur. Bonus ille frater strenuam operam et eximiam industriam suam dudum posuerat in construendis aliis templis : Namurensi, Bruxellensi, communī cum aliis operā. Primam autem ipse ædem sacram integrā, non adeo quidem insignem, nostrum templum Mosæ-Trajectense ad fastigium perduxit. Manū dein admovit præclariori operæ, magnifico templo Antverpiensi, quod anno 1615 cœptum fuerat, duce ac delineatore P. Francisco d'Aguilon; sed hoc Patre e vivis erepto, anno 1617, suppleri oportuit in multis a solo Fr. Huyssens, qui inter alia delineavit et erexit elegantem istius templi turrim (2).

Fr. Petrus
Huyssens.

Id autem, quod ad hæc usque tempora manserat ignotum, anno nuper 1864 innotuit, nempe : Petro Huyssenio adscribendum esse templum Abbatiae S. Petri in monte Blandinio, Gandavi, opus in suo genere certe nou contemnendum. (*Vide Append. V.*)

Sed unde fratri humillimo, qui filius erat coementarii Brugensis, tanta crevit excellētia : cùm in Societate teneantur Fratres coadjutores solis ministeriis insimis inhærrere? Detecta, scilicet, singularis ejus peritia fuit, dum dirigebat operas in domibus nostris, et forte quasdam delineationes mandatis suis adjungebat. Paulatim inde, jussus fuit, Superiorum auctoritate, totum se tradere Architectonicæ. Archiducibus ipsis Alberto et Isabellæ notus, missus in Italiam horum postulatu fuit, ad conquirenda marmora, quibus generosissimi Principes eo tempore, conficiendis tot sacrī ac profanis ædibus indigebant; et hac opportunitate Huyssenius Italiæ præclariora monumenta visitavit, et quadamtenus imitari conatus est.

Belliolanum, Bergense, Casletanum, et alia collegia in illis partibus, placide cœperant in pace primos anni menses decurrere, cum repente Gallis irruptentibus omnia turbata sunt. Incipiamus et nos pacifica consignare.

Bellioli, Rectore Henrico Vanden Greyn, sacerdotes erant octo. Minister, P. Joannes Zoer. Præfector spiritūs, et casuum, Franciscus de Morales. Præfector scholarum Michaël Crabeels, sub quo 4 Professores, quorum unus rhetor̄cam simul et poësin, alter Syntaxin, grammaticam alias, et unus ambas rudimentorum classes dirigebat.

BELLIOI,

Et hic quidem erat « Henricus Busæus, Canisii et Busæorum, Neomagensium, qui in Societate vixerunt propinquus; ingenio fortasse et pietate illis non impar futurus, si ea quæ in herbis adhuc latebat seges, adolescere aliquantum ac maturescere potuisset. Sed spem illam præcidit Deus, qui juvenem annos fere 24 natum, post biennium Mechliniæ in probatione peractum, post auditam propugnatamque Lovaniæ philosophiam, ac repetitam litteraturam, et post annum unum magisterii, jam ex infimâ ad medium Grammatices gradum parantem, abstulit pridie Calendas Octobris. »

Henr.
Busæus.

In hoc Collegio, recensiti fuerant 90 discipuli ab ineunte anno scholari, et satis feliciter processerant alia ministeria, sed per æstatem rerum facies penitus commutata.

(1) *Ad ripam fluminis*, quippe *Canalis*, qui parari cœptus 1397, necdum erat perfectus anno 1750.

(2) Anno 1718 templum illud igne de celo tactum interit; salvis tamen frontispicio, choro, turri, lateralibus sacellis B. V. et S. Ignatii. Interior navis non ad pristinam altitudinem readificata fuit.

Mense enim Junio ac Julio, (ut habent Annuae) « cum Galli vicina oppida diriperent plura, eaque dein præsidiis militaribus occuparent, gravem metum incusserant Belliolano oppido, mœnibus non instructo ac undique aperto; animisque proin terrore percussis cives nostri, confugerant aliò cum omnibus suis; prout et quidam de Collegio, cum supellectili sacrâ et profanâ. »

BERGIS
S. WINOCI,

Bergense S. Winoci Collegium erat paulo majus Belliolano, Urbs mœnibus tutior, et perantiquâ sua nobilis Abbatia. Ducenti, ut ex catalogo functionum patet, discipuli, sub totidem Magistris sex in classibus disperiti. Ut Rector aderat P. Joannes de Codd; ut Minister Joannes de Berlaymont, qui mox Rectori successit; et præter alios concionatores, aderant Missionarii quinque, Paulus a S. Hilario, sexagenarius; Joannes Lisbon, quinquagenarius, cum Francisco Andries, Philippo Coppens, Gualtero Van Aelst, florentibus ætate. Hi labore indefesso solebant excolare circumiacentes pagos, designatos in adnexo paradigmate, quod tamen non constat quo scriptum sit anno. (*Vide Appendicem VI.*)

¶ Walterus
Van Aelst.

Unus e Missionariis excessit e vivis, hujus anni die 16^a Augusti, Walterus Van Aelst, Antverpiæ natus a mercatore, sœculi hujus anno tertio, Augusti die 27^a. Per annos octo litteris humanioribus in Collegio Societatis studuerat, cum admissus a R. P. Scribani 24 Julii 1619, tribus post diebus Mechliniense tirocinium ingressus est. Romæ fuit aliquamdiu versatus. Redux grammaticam, syntaxin et poësin docuit Alosti; et altero anno iterum poësin Aldenardæ; dein Lovanii theologiæ quadriennium inivit, et explevit. Quo anno Bergas missus fuerit, necdum satis constat, catalogorum quorundam, et litterarum pro mortuo scriptarum defectu.

¶ P. Bos-
buynen.

« Eum secutus est P. Bertramus Franciscus Boshuysen, in Campinia natus, apud Sommeren, 26 Julii 1593, a Gulielmo Boshuysen, nobili hollando, et Maria De Kessel, nobili brabantina, (ut ipse scripsit in Albo Novitiorum,) loco et domo (tunc) secundum familiam illustri » (ut adnotatur alibi.) Magnam partem humaniorum obivit Bruxellis, ubi admissus à R. P. Veranneman, primo Flandro-Belgicæ Provinciali, Societatem ingressus est Mechliniæ die 2^a Octobris 1613. In eâ annos 26, et varia officia strenuus et alacer exegit. Nuncupatis anno 1626, 25 Junii, Coadjutoris votis, Bredani Collegii principiis adsuit, Præfector studiorum ac sodalitatis civium, Concionator, Præfector.... cum tandem anno 1630, à 29 Maii, Rector constitutus est Collegii Casletensis, ubi quondam junior optimo eventu poësin atque rhetoricam docuerat. Casleti deinde perpetuo manens varia obivit ministeria, Missionumque labores,... « ubique placidus, omnibus modestissima gratus indole, vir conciliandis Deo et Societati animis compositissimus. Novem diebus in pago Steenkerke, prope Furnas in Missione navarat operam, cum domum rediens affecto corpore, ad Collegium Bergense divertit, et post octiduum a suo adventu pie defunctus est in hac domo 23 Augusti, morte quam sub morbi principio visus erat præsagire. »

CASLETI
direptio.

Nec mirum, si P. Boshuysen ad propriam sedem suam, ad Collegium Casletanum non redivit, sed Bergis S. Winoci cōsedit. Ipsi, tunc temporis, Watenenses patres Angli, ipsi PP. Casletani plures, cum nulla tuta præsidio incolerent loca, confugerant ad Collegium Bergense, quod ob urbis suæ mœnia securius erat.

« Incubuerat belli Gallici moles Audomaropoli, 4 hinc milliaribus dissito. Hostes novum aggerem (1) Artesiam inter et Flandriam (olim Gallis oppositum), nunc forte neglectum perruperant, ferro flammisque miscentes omnia. Casletum, in præcelso monte longe conspicuum, vallo, civibusque tum ad aggeris tutelam profectis destitutum, inopinato occurunt, civitatem occupant, ac miserandum in modum diripiunt. Communi calamitati involutum fuit Collegium nostrum. Inspectantibus Rectore, et tribus patribus solis in domo ad sarcinas relictis, longe maxima pars domesticæ

(1) *Aggerem.* Novus agger, seu *neuf-fossé* nuncupatus, (quantumvis nunc vetus sit) ex eâ parte Morinos a Menapiensibus disjungens, anno 1054, a Balduino V, Flandriæ comite, primum confectus fuit, et non procul ab Audomaro usque Ariam, deinde ab Ariâ usque ab oppidum La Bassée, exiguis tempore deductus. Vide de his : *Mémoires des antiquaires de la Morinie, tom. IV. pag. 33. Notice sur le neuf-fossé par Mr Eudes.*

supellectilis, nec pauca etiam ad res sacras spectantia, per vim subrepta sunt. Nequicquam ipsi nos, (inquiunt Patres), prohibere conati sumus insolentiam hostium, maxima parte hæreticorum. Imo, post intentatas ab iis graves minas, si cautum nobis vellemus, lytrum non vulgare (pecuniae summam) persolvimus; et nihilominus deinde, Collegium deserere coacti fuimus. Ingens illa calamitas, citra incendium et conflagrationem, in oppidi totius expilatione constitit; sed, plus octiduo præter omnem exspectationem non tenuit. »

In Collegio Bruxellensi, die 29 Julii ad cœlestem, uti confidimus, patriam transmigravit in senectute bona P. Antonius du Carne, ætatis anno 83, religionis 62, functionis sacerdotii 52, postquam viribus confessus, magnâ patientiâ menses 16 lecto affixus fuisse. Vir fuit in omni vita suâ religiosus, placidis admodum moribus, omnibus semper promptus ad obsequium, in senio etiam extremo suavis et amoenus. Iprensem domum rexerat annis 13; totidem annis, ut procurator, negotia Provinciæ. Deinde Bruxellis habitavit, ubi erat, anno 1620, consultor R. P. Caroli Scrihani, tunc rectoris; reliquis annis erat in templo confessarius.

BRUXELLIS,
P. Anton.
du Carne.

Mortuus præterea in ipso juventutis flore Petrus Diericx, scholasticus, dum adnatum corpori tuber, quod incurabile videbatur Lovanii, secundum artis peritis præbebat, Bruxellis. Fuit illustri patientiæ exemplo, quale se in paucis vidisse medicus affirmabat.

Petrus
Diericx.

Hæc pauca de defunctis erant undequaque conquisita, Lector benevole, quando Annuas assecutus sum Bruxellenses, quæ reliquorum rationem reddunt, ut sequitur :

« De iis, inquiunt, quæ ad Dei gloriam et proximi salutem bene a nobis gesta sunt, primo loco occurrit Communio generalis, quæ insigni sane hominum concursu frequentata fuit. Nam præter naturam rerum, quæ a suis initiis sensim deficiunt, ita augeri indies istius Dominicæ celebritas visa est, ut qui numerum subduxerunt ad sacram mensam accedentium illis diebus, supra sex millia computarint. Hæc frequentia non minuebatur, etiam festo die aliquo Christi Domini, aut Deiparæ, licet pridie par communicantium fuisse numerus. Ita ardens erat pietas in animas defunctorum, in quorum solatium applicatur Communionis generalis Indulgentia.

Ministeria
sacra.

» Eadem approbatione exceptæ sunt Indulgentiæ festi Circumcisionis, et dierum antecineralium; quibus diebus præter morem adornata erat ara maxima, ut oculorum incitamento animi ab istius temporis vitiis ad Christianam pietatem traducerentur. »

» Sacrâ quidem Circumcisionis die, novo exemplo, 200 et amplius lampades in litteras digestæ, Sanctissimum Jesu nomen efformabant; festis autem antecineralium, 420 lumina Venerabilem Eucharistiam, e sublimi altaris loco, ubi tabula exempta erat, conspicuam, cingebant ita, ut velut a sole radii vitalem absconditæ Majestatis lucem quaquaversum diffundere viderentur. Festivitatis utriusque reliquus ornatus ad splendorem magnificus, si unquam alias, fuit; vis magna signorum, et candelaborum ex argento, parietes, aulæis Sereuissimi principis nostri aurea telâ contextis, rariss illis et pretiosis, vestiti; atque insuper ipse Princeps primam anni diem adventu suo celebrem effecit. »

» Tunc quidem ingens fuit turba sacras epulas frequentantium; in antecineralibus vero fuit longe frequentior. Sed et toto anni decursu, qua dominicis, qua festis Deiparæ et Sanctorum, is fuit ad S. Communionem accursus, ut si universim rationem in eas eorum, qui sacra Eucharistia in templo nostro sunt refecti, conficias 243 millia, et supra. »

» Sacramenti poenitentiæ fructus collecti singulares : multorum sacrilegæ confessiones emendatæ; multorum auditæ qui ab annis pluribus in profundo vitiorum suorum naufragabantur, neque sacram poenitentiæ tabulam unquam arripuerant. »

» Admirandum id contigit non semel, ut exundans Dei bonitas, una cum animi salute, corporis quoque reddiderit sanitatem. Sed multo admirabilior morborum animi curatio videri merito potest; cuius rei exempla nobis quam plurimi suppeditarunt, qui pridem in omni genere vitiorum licentissime vixerant. — Magnus ad nostrorum conciones, diversis in templis, populi concursus, magna sodalitatum et catechismorum frequentia, magna exinde emolumenta. »

» Hoc anno institui cœpta Catechesis gallica ad instructionem pauperum, eorum præsertim qui Lotharingiæ extores Bruxellæ frequentes degunt. Quâ omnium approbatione id peractum sit, declarant piorum eleemosynæ, quæ in singulos pauperes quot dominicis et festis *solidum* præstant (*un sol*). Instituti, hoc modo, in articulis Fidei provectiones annis complures, qui licet majores ætate, metu posito, inter pueros de dubiis interrogabant, et ad interrogata respondebant. Fructum illius catechismi primis statim initiiis coelo, quod speramus, intulit senex Lotharingus, septuagenario major, quem cum in Lotharingia fortunis omnibus eversum Bruxellas traxisset egestas, ad Catechesin aliorum exemplo accessit, et plane ignarus credendorum compertus est. Sed is ita avide institutionem hausit, ut Fidei necessaria elementa statim teneret. Inde ad Confessionem et Communionem pie dispositus, Sacramento suscepto, in febrim incidit, et ad Nosocomium delatus est, ubi accersito Patri gaudens dicebat : divino se Providentiæ consilio Bruxellas translatum fuisse, quo patriâ suâ exul, cœlestis adeundæ conditiones inveniret; gratiisque prolixe actis, SS. Jesu et Mariæ nomina inclamans suavissime expiravit. »..... — (Item fere, de quâdam muliere)...

Scholæ,

» Quod ad scholas attinet, incrementum illæ non exiguum cœperunt præ annis aliquot præcedentibus; auctæ qua numero honestorum adolescentium, qua nobilium confluxu, non eorum modo qui hujus sunt regionis, verum etiam inde ab Austriâ et Poloniâ venientium; respondentे ubertim multititudini fructu eruditionis et pietatis. Ludis remigialibus in scenam data, *Conversio D. Augustini*, plausum tulit a spectatoribus, et quod præcipue æstimes, tum a viris in republicâ et regio in Statu primis, tum a Patribus Religiosis S. Augustini, qui pro suo in patronum affectu, frequentes interfuerê. »

Exercitiorum S. P. nostri usus pluribus ad morum et vitæ emendationem profuit; in his fuerunt aliqui illustri genere nati, et eruditione clari, inter quos primus fuit Rmus Antverpiensem Episcopus (Gaspar Nemius). Etiam Monasterium integrum Virginum, uno e nostris dirigente, S. P. N. exercitiis fuit excultum. »

Cultus
S. Ignatii.

« Neque corporum etiam curam S. P. Ignatius dimisit. Attactu reliquiarum ejus, aut aquæ ad S^u honorem benedictæ piâ sumptione, relevati ægri quamplurimi, suam illi sanitatem acceptam referunt..... Marchio fuit, e principe familiâ, qui duos jam menses continuâ febri, maximisque capitib[us] doloribus cruciabatur, quæ nisi propediem remitterent, conclamassent de eo medici. Remediis ergo omnibus frustra adhibitis, petit a quodam patre, reliquias S. Ignatii. Has bene confidens applicat capiti; et mox dolor remisit, donec ad tertium diem cum febri omnino cessavit morbus. »

« In consuetis Societatis functionibus graviter laboravit Patrum industria, carceres et nosocomia visitando, ægrotantibus cujuscumque conditionis indefesso studio die noctuque assistendo, reos ad supplicium conducendo.... Reconciliati inter se graviter dissidentes; confirmati vacillantes in fide, reducti magno numero plures utriusque sexus ab impurâ vitâ ad honestatem; ab haeresi autem ad Ecclesiæ catholicæ gremium tres et viginti, quorum aliqui jam inde a vitæ exordio Lutheri, aliqui Calvinî doctrinis fuerant innutriti. »

« Hinc Societatis apud alienos augustior opinio; hinc apud amicos benevolentia in dies major accrevit. — Supellectili sacræ, quæ in multis aliis aucta est, etiam accessit

pià cuiusdam liberalitate suggestus concionatorius, cui in Belgio ad elegantiam par alter non est. Domui, præter alias piorum eleemosynas, accesserunt 32 millia florinorum, quæ testamento legavit D. Antonius de Tassis, toparcha de Rivière; Domicella vero Busleyden, vidua de L'archier, duo itidem millia. »

Non displicebit forte lectori paucis adumbratam hic legere Collegii conditionem. Status domus, *Ex Catalog.*
Præerat P. Wilhelmus De Wael (a Vronesteyn), Ultrajectinus, qui Provincialis fuerat (1631-34). Habebat Ministrum P. Florentium de Grevenbroeck, mox per æstiva futurum Castrensem Missionarium. Consultores : Adrianum Van Liere; Andream de Pretere, qui simul erat procurator domus, templi præfектus et catechista; Henricum Nemium, studiorum, simul ac sodalitatis conjugatorum directorem, nec non catechistam; et P. Ottomem Van Zyl, simul bibliothecæ præfectum.

E Sacerdotibus 25, sexdecim minimum, fungebantur officio confessarii; undecim verbi ministerio, quos inter Antonius Deslions, concionator in templo nostro gallicus; Joannes Suffren, concionator et confessarius Reginæ Matris; nam Bruxellis fugitiva degebat, ab anno 1631, Maria Medicea, Henrici IV regis Galliarum vidua, Ludovici XIII mater, et quondam tutrix, ac Galliæ Regens. Aulæ autem Bruxellensis concionator erat Petrus de Vivero; et, trium istorum concionatorum singuli, suum habebant assignatum socium.

Præfectus spiritualis erat P. Matthæus Clingerus. P. Philippus de la Cauchie, cum socio coadjutore Hermanno Wagenaer, infectis peste dabant operam extra domum.

Catechistæ, pro pueris ac rudibus domi aut foris erant, præter scholarum Magistros, septem Sacerdotes.

PP. Procuratores degebant in domo quatuor, nempe : jam supra nominatus, P. De Pretere, Collegii res temporales, causas et lites curabat, cum socio coadj. Gulielmo Morin, musices præfecto. Procurator Provinciæ erat P. Fridericus Beyens, cum coadjutore Jacobo Ruys; Angliæ P. Wilhelmus Silingston, cum socio sacerdote Bernardo Kinsman; Gallo-Belgicæ P. Mathias Deschamps, cum coadjutore Joanne Miroir.

Sodalitates B. V. tres, conjugatorum, juvenum, ac juniorum, dirigebantur à totidem Patribus; studiorum sodalitas latina, et binæ aliæ a Magistris. Erant autem Magistri septem, pro totidem scholis, rhetoricâ, linguâ græcâ, poësi, syntaxi, grammaticâ, figuris majori, et minori. Scholasticus octavus aderat, qui ad interim bibliothecarii socius erat. Inter fratres coadjutores temporales, aliqui fungebantur officiis hodie non usitatis : coctoris cerevisiæ, pharmacopæi, sutoris, curatoris hospitum, etc. etc. (*Vide Appendicem VII, et infra*) (1).

(1) Bruxellis etiamnum vix est qui ignoret : Templum Societatis, sub vocabulo S. Michaëlis, extitisse quondam in foro, quod nunc appellatur *Place de Justice*. Frontispicium spectabat plateam *rue de l'Hôpital*. Turris et sacrariæ sitæ erant ubi nunc porticus et columnæ.

Collegii autem habitationes, musæa, bibliothecæ, scholæ, sodalitates, exstabant in ædibus ad plateam *Ruysbroeck*, et versus *Sabulonem* protensis, ubi nunc sunt Tribunalia, et ubi in superiori contignatione Archivum regni Belgici, in quo collegi et colligere pergo hujus Historiæ documenta.

Archivum illud omni genere manuscriptorum ditissimum est, et optime coordinatum curâ et industriâ præclari Dni Gachard, Archivorum regni Prefecti generalis, cuius famam europæam superat eruditio. Doctissimus ille vir, inter multiplices sibi subjectos scriptores et adjutores, immediate sibi subordinatos, habet tres pro diversis Documentorum generibus *Præfectos Sectionum*, quorum omnium benignitatem, erga cujusvis conditionis et nationis homines, officii plenam, non possum non cum summâ gratitudine commemorare.

Nunc quidem ædificatur novum a fundamentis Palatum justitiæ, et Archivo regio, alias, ut fertur, locus chartis tutior, scriptoribus commodior, destinabitur. Illud videbunt posteri. Utinam, qui nunc mecum collaborant humanissimi cives; utinam Viri, qui in Archivo civium utilitati vitam impendunt, satis diu superstites sint, ut novâ illâ Archivorum sede multos adhuc annos perfrui possint, siisque semper felices!.... id, quod ego, toto pectore exopto, spero, precabor!

Dependebant a collegio Bruxellensi Missiones Castrenses, et Bruxellis plerumque degebat Pater Superior istius Missionis. De illis ita Bruxellenses Annuæ :

Castrensis missio.

« Haud minori diligentia Castrenses nostri, religioni et proximorum saluti consoluere. Castris hoc anno geminis, ut supremi Duces, præerant, alteris Serenissimus ipse Princeps noster Ferdinandus, alteris Ser^m Princeps Thomas a Sabaudia; et, in utrisque Castris, Patres 14 numero dispertiti, pars in Artesiam, pars in Brabantiam exercitum comitabantur. Præ ceteris, ne cui unquam deesset confidendi copia, seduli tuguria militum, et nosocomia visitabant; et sicubi pugnandum,.... erant inter primos nostri, intra tormentorum etiam ictus militibus immixti. »

« Cæterum, strenue adversus impuros amores depræliatum est. Puellarum castitati cautum omniibus modis; harum aliæ matrimonio suis amasiis, procuratâ dote, nuptæ; et, ubi id fieri non poterat, aliæ ab illicitis commerciis abductæ. Licentiam plus quam militarem, externorum maxime militum, in pecuniis extorquendis, in diripiendis rusticorum bonis, sæpe sæpius represserunt PP. nostri; et nonnunquam a Templis et monasteriis vim et deprædationes amovere debuerunt. Alibi vero, quando ab armorum strepitu cessabatur, viguère quietæ ac urbanæ pietatis exercitia; Sacramentorum usus, Indulgentiarum applicatio; imo jejunia, et pia vota, pro successu felici armorum, ultro sibi non semel a milite injuncta, idque genus alia.... Hæc quidein inter Regios. Inter Cæsarianos vero, quibus hoc primùm anno bini Patres, præter consuetum numerum dati, lætissimis initiis effloruit religio; et horum etiam quamplurimi ab erroribus ad veram fidem conversi. Ast, ex his quædam particularia describamus. »

Audomari,

« Exeunte verno tempore, dum ad Audomarum hærebat exercitus, propositæ sunt Indulgentiae Missionis in peditatu ad octiduum (1), quando, singulis prope diebus, licet miles muniendis Castris varie et multum essent distractus, facile mille ad S. Mensam accubuere. Idem deinde peractum in equitatu, per triduum, ubi, non usitatâ hactenus pietate, 450 equites, eodem Sacramento religiosissime refecti sunt. Die Virgini in Cœlis assumptæ sacro, patres nostri icunculas e queru miraculoso Aspricollensi nacti erant; quas Serenissima Princeps de Pfalzburg, Ducus Lotharingiæ soror, donarat inter tribunos et centuriones distribuendas, eâ lege, ut præmissâ exomologesi et S. Communione, B. Virginem sibi quisque et suis in patronam adscisseret, quod pie et religiose præstitière quamplurimi. »

Bethuniæ, et alibi, varia.

« Bethuniæ, Audomari et Burburi, e nosocomiis magnæ utilitates exstiterunt. In hoc postremo, cum deficerent ministri regii, jussi sumus a Principe Thoma corporum etiam curam gerere. Tunc enimvero ardenter charitate Patres incensi, nullum quantumvis vile ac sordidum ministerium abhorre, ægros et læsos suis humeris sublevare, inferre nosocomio, cibos eis parare, lectos sternere, remedia administrare, nec inscite, prout varia morboruin genera requirebant. Quid enim non agit ingeniosa charitas!

« Haud difficile existimatū est, quantum ea res animos hominum affecerit.... Sicubi in publicum prodirent nobiles charitatis famuli, plausibus excipiebantur militum, acclamantium : En! viros vitæ suæ negligentes, nostraruin auctores!.... triumphi species tunc agebatur.... »

« Sed aliud sane et dignius quidquam spectabant vota nostra, quod et feliciter impetratum est. Nemo, scilicet vel hic, vel in aliis Castris obiit, qui de æternâ salute svâ, optimâ ad moriendum dispositione, spem non fecerit; et in solâ Bethuniâ 35 hæretici, ex iis qui recuperatâ Calloâ capti ad Regis militiam transierant, Fidem catholicaam sunt amplexi. »

(1) Ut infra patebit a P. Florentio Grevenbroeck.

» Fuit inter alios pertinacior aliquis qui, dum pro more Sacerdos noster instrueret catechumenos, molestus interpellator in clamabat : Cessa nobis tandem sermones istos ! sine securos mori, et suā sorte contentos ! — Percunctante autem Patre, an quid ei ad vivendum deesset ? — Stramina, inquit ille, ut mihi jacenti in terra sub-sternantur ! — Curabitur, ait noster : ut a Nosocomii servis sæpe vides apponi, sic nunc a me tibi ! Abiens autem Pater, et in humeros collectum quod potuit stramen adferens, id in lectum sternit, tacenti, ac præ animi acerbitate nec gratias agenti. Mox noster : Quid insuper tibi opus, amice ? — Jusculum, ait ille. — Et e vino rubro et saccharo Pater jusculum præparat, suāque manu id ægro sumendum propinat. Quo sumpto, — an aliud, inquit, deest in præsens ? — Nihil, nihil amplius, respondit ægrotus, nisi.... ut mox sim catholicus ! Nam, fieri non potest quin ea vera sit Fides, quæ suos tantis imbuīt charitatis præceptis !... subjunxitque : profecto non sic agerent ministelli nostri ! Dixit, et serio ad Fidem Catholicam conversus, post paucos dies, magno suo gaudio munitus omnibus Sacramentis, vivere desiit. »

« Consimilem charitatem Antverpia vidit, quo tempore arcem Calloanam, ab Hollandis occupatam vi receperant Regii. Hic diū noctūque Patres adesse militi, huic animando nihil omittere, in assultu cum primis in hostem pergere, cadentes suis brachiis excipere, vulnera obligare, et interim ad animas ab hæresi convertendas nulli industriae parcere. Quæ, quoniam a Patribus Domus Professæ et Castrensis communiter gesta sunt in oculis civitatis Antverpiensis, summariatim indicare visum est : quuum, ut confidimus ex historiæ dignitate, Antverpiensium, litteris erunt commendanda. »

« Ad extreūm subjiciemus, quanta exempla virtutum reliquerit Excellentissimus Dnus Joannes Nassavius, Summus Equitum Præfctus, inter nostrorum manus moriens. Fuit is, dum vixit, post ejuratam hæresim, semper solide pius, lectioni et colloquii spiritualibus mirifice deditus. Poenitentiæ sacramentum nunquam sine lacrymis, et Sacram Communionem, non nisi post seriam præparationem, suscepiebat..... Idein, dum terminum adesse sensit, repetiit a prima suā peritiā generalem totius vitæ confessionem, tanto animi sensu, ut etiam Patri eum audienti lacrymas exprimeret. Postea nullum sermonem admisit, nisi de rebus divinis. Altero post die, religiose suscepit S. Viaticum, Magistratu et clero facem præferentibus; mandavitque ut præsens adesset civis quidam Sigenensis, ex oppido Comitatū sui (1), quem Sigenenses Hæretici ad eum delegarant, ut in Edictis Cæsareis circa religionis Catholicæ exercitia, Sigenensis aliiquid mutari postularet. Comes autem renuntiare « jussit : velle se suos in eā religione vivere in quā ipse moreretur..... Ejus exuviae ad templum nostrum Bruxellense delatae sunt; sub aram Matris Misericordiæ, quam e marmore fieri constituerat, postea recondendæ. »

Ast tandem, nos ita deducimur rerum serie, ad propius indaganda sœvientis belli discrimina ; quā in re prorsū opportunus accedit, Castrensis Missionarius noster Henricus Jamblenne, qui Diarium suum, e Superiorium dispositione confici jussuim, explicatus cæteris, quantum adhuc scio, conscripsit, raptim quidem, sed facili stylo. Hunc sequemur nos, ut exercituum itinera, clades, casus varios, pugnas, victorias, simul et Patrum castrensiū labores, lectoribus exponamus. P. Jamblenne natus Rupeforti, 1604, Societatem ingressus, 1620, Sacellanus major erat artilleriæ,

Joannis de
Nassau mors.

Ex Dario P.
Jamblenne.

(1) Sigen, in Comitatu Nassoviæ ad flumen Sigiam situm est. Non confundatur cum Sichem, ad Demeram in Brabantia, quod erat etiam Dominium Principum Arausiorum.

ut ipse vocat, ceu militum rei tormentariæ additorum. Armamentarium erat Mechliniæ, in quâ proin urbe cum suis peragere solebat hiberna. Ille, post enarratas varias, a verno tempore susceptas expeditiones usque ad Calloanam victoriam, subjungit sequentia, sub die 24^a Junii :

Discessus ad Castra. « Rediveramus, inquit, Mechliniam versus; ubi eo die celebravi. Inde, continuo magnis itineribus, promovere debuimus Audomarum.... Contendimus rectâ Bruxellas, iter directum, inde Montes, Valencenas, Duacum, Casletum, Watenas..... quo in itinere nihil notatu dignum est, præter communem omnibus præstitam operam.... Singulis diebus sacrum celebravi. »

Valencenis. Mense Julio, die 1^a, cum ex Quievrain Valencenas festinabamus, jussæ omnes copiæ nostræ subsistere ad civitatis portas; et ad omnium exemplum supplicio affecti sunt 4 milites, equites Germani, ex antiqua legione Comitis de Ritberge, qui Doctorem medicum Comitis Piccolominii, Bruxellas inter et Mechliniam, non procul Vilvordiâ, spoliatum equo et vestibus, crudeliter trucidarant (priori mense). Tres acti in rotam; quartus capite plexus. Lutherismo autem abjurato, catholicam Fidem omnes professi sunt in manibus P. Joannis Mylemans, confessarii Comitis de Caretto. »

In Casteli Montem, « Cum Casleti Montem pertigissemus, dubitatum an recto, an circumflexo itinere, cum tormentis pergeretur. Sed cum Comes Piccolominius a peritis viarum intellexisset ad iter bidui circummeundum, jussit per medium civitatis et montem tormenta omnia et impedimenta vehi; et spatio mediae diei omnia trajecerant. »

« Ego celebravi in Collegio, in quo unicum Coadjutorem reperi. Cæteri omnes a Gallis fugati, unus eò, alias aliò abierat. »

Watenas, « Circa diem 7^{am} et 8^{am} mensis, pervenimus prope Watenas. Quarterium (quartier) (1) nostrum fuit in pago Millam; Principis Thomæ, et regiorum, Watenis. »

Audomarum, ubi « Postero die, omnes copiæ Audomaro utrimque appropinquare jussæ. Cæsareis obtigit dextra, et arx S. Momolini munitissima, quæ quinque alias munitiones complectebatur, vulgo *Forte reales*; licet tamen a sinistris veniremus. Sinistram elegit sibi princeps Thomas, cum suis, et castra fixit circa Nieuwerlet et Clairmarais. Princeps cum suis, hispanis et italis, expugnavit mox duo triave fortalitia in paludosis locis, (Le bacq, et forte Arques). Deinde, viam sibi in urbem aperuit. Germani, primo adventu, Aggerem (*neuf fossé*) in mediis aquis et pratis, cum fortalitio, superarunt; et navibus per flumen viam sibi in urbem fecerunt, nihil reluctantibus hostibus, qui adversam ripam tenebant. Sed ut ex ripâ istâ ejicerentur, Comes Joannes (2) Nassavius, et Coloredo, cum equitatu utroque, eos a tergo adoriri cœperunt; sed quuin peditatum non haberent, ut insidias et hostiles cuniculos detergerent, inciderunt in insidias, peditatu, musquetariis et tormentis munitas, quæ nostros præstolabantur ex composito. Galli plerosque, maxime legionem D. Delbroeck, et cohortem Baronis d'Henbyse abegerunt in paludes; ceteros omnes sugarunt. Desiderati ex nostris triginta, et 40 equites; inter quos Comes Coloredo, trajectus genu et pectus sub axillâ, qui recens ex captivitate Gallicâ liber, gloriam sibi et vindictam parabat. Confessus est, Communionem accepit, et eodem die obiit. Desiderati etiam equi fere

(1) Scriptori raptim et velocius hæc consignanti barbaras voces ignoscamus, ut : *Artilleria, Quarterium, Batteria, Mortarium, Baracqua, Tranchea, Gentilhombros*. Si scripsisset pensiculatiùs, forsitan defecisset illi rerum memoria, et lector careret his, quæ nunc lucide satis enarrata reperit.

Sed, cur hæc etiam latine conscripta, sunt nec potius Gallice? In promptu responsio est. Quia Diarium perfecti erant PP. Castrenses alii, variarum nationum, Hispani, Angli, Flandri, Galli, Itali, etc., quibus omnibus communis erat sola lingua latina. — Nescio etiam an libentius, aut facilius, latine quis legeret ea quæ duobus abhinc sæculis flandrice et gallice conscripta fuerunt. Id patebit per legenti quosdam ex nostris Appendicibus.

(2) De quo jam supra Bruxellenses dixere.

ducenti, quos in paludibus fixos, deseruerant equites, ut saluti viam pedibus quærerent. Sed non ideo nostris copiis animi ceciderunt, nec hostibus accesserunt. »

« Omni conatu tormentis sexdecim in batteriis duabus dispositis, cum quatuor mortariis, arcem S. Momolini globis et pyrobolis quatere constanter per triduum coeperunt. Quarto die districtis manibus eam expugnarunt. Excesserunt fere 500 hostes, fame prope enecati et miseriis. Inter quos unus Capucinus, qui pedes in ordine, cum cruce in manu incedens, risum omnibus movebat militibus nostris.....

« Hac arce superatâ, et viâ in urbem apertâ, hostis in adversâ nobis parte solvit obsidionem, et fugâ sibi consuluit. Nostri, conjunctis viribus, eos per medium civitatem insequi conati sunt; sed excesserant nimis procul. »

« Vidi pleraque eorum quarteria. Videbantur æternitati domos suas et baracquas ædificasse. Helvetii, in suo quarterio, varias epigraphas, animi non satis Gallis affecti, indices, reliquerant, verbi gratiâ : « ridiculum est animas nostras ambitioni magnatum » consecrare — Juvat ire et Helveta castra, desertosque videre locos. — Beue venere ritis, Hispani! — Cubicula locanda cum caminis! — Male te vidimus Audomare! »

Aliquantisper hic, seposito diario P. Henrici Jamblenne, edocere lectorem juvat ea quæ peragebantur in urbe. Nam, forte fortunâ, Diarium Collegii Audomarensis assecutus, ex eo sequentia decerpso, quæ jam narrata dilucidant, et res actas altius repetunt (1).

» Die 25 Maii, inquiunt, procul apparuit Equitatus gallicus, sub 4^{am} pomeridianam, succedente peditatu, nocte insequenti. Arquensem arcem tormentis verberarunt, et expugnarunt... Eodem die novam-Fossam superarunt. Diebus 26^a. 27^a. et 29^a. dimissi aliquot e nostris per flumen, numero tredecim, factâ facultate a R. P. Provinciali (Florentio de Montmorency) qui paulo ante visitarat Collegium.

» Laboratum jam à nostris fuerat, et a discipulis, tum foris, tum in mœnibus, ad construenda nova munimenta; quod non potuerat declinari; cum Canonici, et ceteri Religiosi id admirerant, rogante Magistratu. Die 30^a expugnatur propugnaculum Le Bacq. Noctem antecedentem egimus in muris; evocati, quia civitatis milites erant pauci, et plures ad tuendas externas munitiones exiverant. Sic interea partiti sumus horas, ut leve scholarum esset dispendium.

» Die 4^a Junii, rediit ad nos Bergis, P. Monstrelet, qui iverat illuc ad comparandum necessaria; et is non parum erexit civium animos, nuntiando : vicinum esse Principem Thomam... et post paucos dies accessurum Comitem Isenburgicum, cuin exercitu utrosque suo. »

« Junii 8^a. Immissum in urbem præsidium 1500 militum, per flumen de Nieuwerlet, cum bellico comitatu.... (Hic describunt quot interim superarint in urbe pericula). »

« A die 7^a et 8^a spes erat liberationis, expugnatis a Principe Thoma, et a Comite Piccolominio hostilibus propugnaculis in Nieuwerlet, in Le Bacq, et in S^u Momolini. »

« Die 10^a. Julii, et sequentibus, venerunt ad Collegium Patres nostri campestres (i. e. castrenses); magnates plures, Comes Nassavius, Comes Iseburgicus, Marchio de Grana, etc. Ast hoc fere tempore Marischallus de la Force, cum suis Gallis redditum adornantes, combusserunt villam Collegii in Ecques, incertum tamen an ejus mandato. Absumptum erat horreum, cum stabulo, et Domus recreationis etc. — Cæterum feliores eramus in urbe.... Superfuit nobis de quo militibus egentibus, subinde 80,

Urbis obsidio
solvitur.

*Ex Diario
Audomarensi.*

Acta ibidem,

*et in locis
viciniis.*

(1) D. Henricus de La Plane, vir eruditus, cui multas gratias habebo semper, *Diarium* illud seu *Historiam*, humanissime mihi commodavit consulendam, Audomari. Ipse Manuscriptum illud deperditum, et invenit sagaciter, et sollicite conservat, tanquam utilissimum Historiæ. Vide *Bulletin des Antiquaires de la Morinie*, 1852, 3^e livraison.

per dies aliquot prospiceremus? ».... (Narrant hic PP. Audomarenses, quid postea morbis ingruentibus præstitum erga miseros fuerit).

*Ex Diario
P. Jamblenne.*

Sed redeamus nos ad Sacellatum majorem P. Jamblenne, et pergamus iter cum eo, usque ad finem castrorum hujus anni.

*Acta in
Nieuwerlet,*

» In hac brevi obsidione, inquit, dum respirare licebat a militibus peditibus adjuvandis, in tracheis, opera fuit utiliter collocata equitatui, cui triduum datum fuit in Nieuwerlet ad lucrandas Indulgentias Missionum. Prærat P. Grevenbroeck. Erexeram meum tentorium artilleriae, rogatu P. Superioris Castrensis, Gulielmi Buvet. Ego tunc primum bac occasione cum curru, cum sacrâ supellectili Sacelloque, et aurigâ, redi vi ad communatatem (i. e. ad communem cum PP. Castrensis contubernium) qui hactenus solus cum Delgado vixeram. Sed indulgentiarum die 2^a. duo fuerunt afficiendi suppicio. Rogatus utrique assistere, id feci eò libentius, quo Patris Grevenbroeck operâ jam melius erant dispositi. Unus finivit vitam gladio; quod iterato ex turma fugisset. Alter ad restem damnatus, et ei fuit remissum quia primæ vices. In prioris executione supplicii, illud fuit luctuosum, quod eques ille, inter amplexum fratris uterini, sacerdotis, nequicquam pro vita ejus apud Comitem Nassavium supplicantis, tantum non obierit. Deinde, lictor, imperitus suæ artis, mortem acerbiorum reddidit; nam primo ictu, occiput ad cranium feriens, vix penetravit; alterum ictum impegit infra aurem sinistram, et mentum partim abscidit. Accessit tum tortor secundarius, qui arrepto jacentis capite ad capillitum, reliquam colli partem suo gladio secuit. »

Teruannæ,

« Audomaropoli fugato boste, Castra nostri figerunt circa Teruannam, intendebantque hostium conatibus. Interim hostis acies suas applicavit ad Renty; oppidum illud serio oppugnare cœpit, et spatio quatridui expugnavit. Istius oppidi gubernator magnæ negligentiae, seu pusillanimitatis insimulatus fuit. Erat is Caloen, senior. Ablegatus fuit Aëriam silentibus tympanis, cum vexillo gratis redditio in sacco; cum armis sub axillâ, exstincto fomite. »

» Miles noster excubabat in mediis campis et *fronte de banderas*, ut vocant. Ego, tentorium mei Sacelli fixeram in loco artilleriae Germanicæ, ubi quotidie sacra faciebam. Substitimus in Teruannâ usque ad 25th Julii. Interim velitationes plurimæ siebant cum hoste. Aliquando 60 equites, aliquando plures, aliquando 300 reducebantur captivi. — P. Mylemans æger abiit Aëriam.

In Renty,

« Hostes arcem Renty, quâ potiebantur, funditus everterunt. Illis inde moventibus, etiam movimus nos rectâ in Lillers, quam hostis ferebatur cogitare.... Et hic, ad Lillers, castrametati sumus in mediis agris, et tota castra valle cincta sunt. »

In Lillers,

« Die 31^a Julii, festo S. P. N. Ignatii, dixi in majori templo Lillariensi, gallice, in honorem S. Patris, confertissimâ concione.

« Mensis Augusti die 2^a, rogatus, propter Portiunculam, dicere apud Grisias Sorores tertii Ordinis, vidi plurimos accedentes ad Indulgentiam, sicut et in festo S. Ignatii fecerant.... Benedixi nuptiis N. et N. vide libr. matrimoniorum ».... (Idem, quoties baptizavit infantes, toties addit: vide librum baptismorum; quoties sunt defuncti.... vide librum funerum.)

Bethunæ,

Sacellani Majoris nostri scriptiones, hic, ne in longum abeam, contraho, in iis saltem quæ ipsum solum spectant. Deinde tamen iterum aliqua litteraliter depromam.

Circa medium Augusti mensis venit Bethuniæ Hospitale regium, (mobile, ut existimo, quod nunc vocatur *Ambulance*) Deerant Sacerdotes qui ægris assisterent. Rogatu OEconomi Majoris, illuc R. P. Superior (Gulielmus Buvet) destinavit Patres Joannem Malbroeck (1) et Gulielmum Boyton, quia plerique infirmorum erant

(1) Clare scriptum est *Malbroeck*. An esset idem quem alii scribunt *Malbrecq*, *Malbrecum*, et, quod mendosum est *Macbrecq*? Suspicor esse Anglum; attamen fuit concionator *gallicus* Bredæ, Dunkercæ, et alibi passim.

Scoti, Hiberni, Angli, cum Hispanis et Italis. Ceteris Patribus in Lillers non deerant exercitia charitatis in ægros milites, in confitendos, in mortuos inhumandos. —

Verum, ita pergit P. Jamblenne :

« Die Assumptæ Virginis, adornavi Sacellum more solito festiviùs, ramis, floribus etc. Invitavi duos tresve Sacerdotes sœculares, qui celebrarunt; et solvi eis octo asses. Erat fixum tentorium meum in horto portæ vicino ad plateam, loco commodo et omnibus perspicuo. Magnus confitentium et communicantium fuit concursus. Hodie primùm Marchio de Carette, quia ejus Confessarius Aëriæ detinebatur morbo, voluerat mihi confiteri. Rogavit ut mensâ et domo uterer apud se; sed, quia quartarium vicinum erat.... distuli. »

« Hoc toto mense, intenderant Duces nostri ut hostiam molimina coërcerent, aut everterent. Sed illi, relicto Renty, movere longius cœperunt, die 23^a hujus, Atrebatum versus. Ferebat rumor eos cogitare suburbia incendere, et domos in urbe tormentis quatere, ut terrorem incuterent. Sed prævenimus omnia. »

Atrebatii,

« Die 23^a Augusti, moniti sumus omnes accingi, ad iter forte vesperi suscipiendum. Totâ nocte insequente, et die 24^a S. Bartholomæo sacrâ, suimus in motu, et ad muros Bethuniæ trajecit exercitus uterque. Patres omnes celebravimus Bethuniæ. Dies 25^a quieti militum data. Explosionibus festivis in castris Gallicis habitis, in honorem S. Ludovici, reboabant castra nostra; sicut nos feceramus die tali.... et tali.... Die 26^a, movente jam hoste, festinavimus rectâ Atrebatum, et castra metati sumus in ejus suburbîis, versus Galliam. Die 27^a, hostis plenâ acie direxit in nostra castra; putabatur prælrium petere. »

« Die 28^a Augusti, dispositis Castris nostris in aciem, cum alis, et cuneis, etc. hostem præstolabamur in mediis campis. Stetit et ipse iu nostrum conspectum usque ad 1^{ma} pomeridianam. Sed deinde, ut se ad iter composuit, quisque ad sua quarteria jussi sumus nos recipere. Interim hostis, cum alio exercitu, cinixerat arce Castelletum (Châtelet.) Die 29^a post mediam noctem movere cœpimus in Arleux. Hostis dextrum latus tenebat, et suæ impietatis indices flamas quotidie exhibebat, incensis templis et domibus unde excedebat. »

Castelleti,

Die 30^a, movebamus Cameracum versus. Vesperi tantum eò pervenimus, quia medio itinere sternendus pons longioris moræ fuit. Ad pontem in vicino templo, dixi Sacrum Excell^{mo} D^o Marchioni, qui id rogaverat.... Nuntiatur Bethuniâ, cœpisse P. Gulielmum Boyton periculose decumbere; deinde, depositum fuisse et omnibus sacramentis munitum. R. P. Superior Atrebatii mansit ægrotans, et vicarium suum statuit P. Florentium Grevenbroeck. P. Myleman discessit Insulas, ubi Marchionissa de Carette degebat, quia Aëriæ non potuerat recuperare valetudinem.

Cameraci,

« Septembbris die 1^a, magnis passibus promoventes, cogitabamus passim, obpresso Castelleto posse succurri; sed hostis nos celeritate prævertit. Quare, disposito iterum in aciem exercitu, hostem iterum adventantem et adoriri nos parantem præstolati sumus. Sed velitationibus contenti, ille se ad tranches suas, nos ad viciniam Cameracensem redivimus; ubi toto exercitu in campis collocato, fossæ de more ductæ, munitiones erectæ et propugnacula etc.... Celebravi in fronte totius exercitūs. Nostris patribus quarterium obtigit in S. Ægidii sacello, quod erat vicinissimum aulæ (état-major) principis Thomæ. Piccolominius et Marchio de Caretto, habuerunt suum in viciniâ quidem civitatis, sed remotius a nostris. Hinc debui mensâ ejus uti, saltem in prandio. Vesperi, quotidie redibam, cum P. Nicolao Van Hove, ad commune nostrorum quarterium.

» Die 5^a Septembbris P. Florentius Grevenbroeck, Atrebato redux, cœpit febri labrare;.... mansit in Collegio Cameracensi; ejusque vices assumpsit P. Seb. Baunach.

» Die 4^a et fere deinceps, diebus Dominicis et festis, ob distantiam artilleriae ab aulâ Dni Marchionis, debui binare, ut utrisque satisfacerem, illis ex officio, his ex charitate, et defectu ejus confessarii, qui Insulis ægrotabat. Die 8^a bujus, petiit sibi Sacrum fieri Dnus Marchio ad aram miraculosæ Virginis Cameracensis.... »

Excurrit hic scriptor in exponendâ Marchionis insigni pietate..... Cameraci moras traxerunt usque ad medium Septembribus, non sine quotidianis velitationibus cum hoste, captivis et spoliis reportatis. Sed, vi tandem expugnato Castelleto, cæsisque in assultu quamplurimis illorum, dum moverunt, etiam Hispanis movendum fuit.... in Houssy, in Bouchain.....

Querceti, « Pridie S. Matthæi, sub vesperam, cum hostis diceretur tendere rectâ Quercetum (Le Quesnoy), totâ fere nocte in acie instructâ pedetentim promovimus, inquit. Lucescente die, eramus omnes circa pagum Bermeringhem..... Cœpit gravius ægrotare P. Nicolaus Joannis (Janssens) et Valencenas ducitur. Aula Piccolominii, et Marchionis de Caretto, erat in Stenier, unâ horâ Bavaco, viâ Montensi.... »

Sed paulatim ad hiberna se parabant omnes, præsertim Marchio de Caretto; qui jam et ipse cœperat ægrotare, et P. Sacellanum majorem sibi adesse cupiebat.... Mussitare videtur aliquantum hic P. Sacellanus, qui cum Marchione migrare debuit ad castellum Sars, sesquihorâ a Steniers, et tantumdem Montibus, dissitum.... Verum, « mense Octobris, inquit, die 1^a, valedixi PP. nostris Castrensis, et commisi artilleriam regiam Patri Baunach, Vice-superiori; germanicam Patri Van Hove; sublatoque lectulo meo, cum linteorum sarcinulâ, ceteris in missione relictis, addixi animum omnino ut domi Marchionis, ipso, et morbo urgente, habitarem, quod deinceps, ait, facere debui ad finem usque Castrorum. »

Montibus in Hannoniâ, Altera fuerat Montibus assignata Marchioni mansio (quarterium), domus commoda : Refugium S. Ghisleni. Postmodum iterum alia, in pago Hayne St Pierre; quo sequi cogebatur P. Sacellanus, qui, hoc incidente casu, novam inopine tristum bellorum faciem depingit. (Parcat paulisper adhuc lector prolixiori forte narrationi.) Hærebant etiamnum in circumvicina regione Germanicæ copiæ, ut eas nuncupant, amicæ. Sed milites otiosi hanc patriam, licet amicam, misere depopulabantur, summos inquilinis terrores injecerant, ruinas operabantur. Ad varia tum loca P. Sacellanus excurrebat, annuente, exhortante Marchione, sed proprio etiam impulsus animo.

» Interim, ait, nunquam defuérunt vel ægri visitandi, vel domesticæ difficultates complanandæ. Ubi cumque fui, prima mea cura fuit adire tempora, supellectilem sacram sartam tectamque servare. Diversis in locis, 5 vel 6, reperi consecratas hostias in ciborio, quas postridie consumebam. Custodiebam penes me, libros, casulas, candelabra cuprea, sacros calices duos etc. donec Parochis qui fugerant revocatis, aut redeuntibus, restituerem. Tantos eos timor a Germanis invaserat, tanta turbatio, ut reliquæ Ecclesiæ apertæ, priùs cogitarent aliqui de utensilibus domesticis asportandis, quam de rebus sacris in tuto collocandis.... « (1)

in Marimont, » In Hayne S. Pierre, amoenissimum erat, ob vicinam arcem Marimont, sylvas, venationes..... Fuit dein assignata Dno Marchioni arx La Hutte, juxta Binche. Locus etiam amoenissimus, tum ab horto, tum a cubiculis et structurâ; sed omni pabulo fuerat spoliatus. Dominus dominus, præ melancholiâ, abierat pridie Omnia SS. in Binche, cum priùs vidisset asportari ex horreo suo, et a militibus Germanis divendi

(1) Quilibet, aliquantum rerum ignarus, vix crederet quanta tunc esset licentia, rapacitas, barbaries, etiam in militibus amicis. Quid tum de hostilibus copiis erat exspectandum? nisi incendia, mortes, res infandas, quas nonnunquam vel ipsi Duces non poterant impedire, ut v. g. Thienæ, ante biennium.

civibus supra 14 millia manipulorum frumentariorum, et totidem avenæ; hortosque suos omnino vastari, etc. — Cum id factum est, corpus exercitūs Germanici erat adhuc Malbodii; erant hic aliquot turmæ antecursoriæ, ut solet.

« Mense Novembri, dies 1^a consecrata fuit pietati quam solemnitas requirebat. Multi, et ii primarii viri domestici Marchionis, confessi communicarunt, cum militibus multis. D^r Marchio, et ejus familia, Montibus adhuc id præstitit. Is, tandem die 6^a liber a febri quartanâ, venit ad quarterium suum in La Hutte; et præfuit toti exercitui, dum Piccolomius Bruxellas festinarat ad principem Cardinalem. Quam primùm autem P. Mylemans huc plane restitutus a morbo rediisset, conatus sum ego cum omni humilitate me expedire... approbavit D^r Marchio, ut domum concederem... (cum aliis quibusdam) Die 7^a incolumes jam Nivellas, non sine festinatione, pervenimus. Die 8^a P. Van Hove celebravit in templo collegiatæ S. Gertrudis. Ego Hallas jejonus ivi, et ad aram B. Virginis feci. Comites nostri recta per Braniam-Allodium tetenderunt Bruxellas. Sumpto Hallis prandio commode pervenimus eodem. Die 9^a, venerunt item Bruxellas, cum omnibus suis impedimentis alii PP. nostræ Missionis regiæ, cum principe Thoma, ex Quievrain. Vesperi P. Van Hove et ego, consensâ navi ivimus Antverpiam ad R. P. Provincialem; ille quidem ut intelligeret ejus mentem, utrum deberet Comitem Piccolominum in Germaniam comitari; ego, hac occasione socius, ut acciperem mea hyberna. Die 10^a, mane hora 4^a, intravimus Antverpiam. Humanissime excepti a R. P. Provinciali, jussi sumus prius celebrare. Dein, festinanti Patri Van Hove, P. Provincialis copiam fecit comitandi Comitem in Germaniam; me ad solitam Artilleriæ curam remisit Mechliniam.... ubi... reliquum mensis fere datum respirationi a laboribus æstivis.... redditioni rationis.... et S. Exercitiis... cum illuc R. P. Provincialis De Tollenaere venisset ad visitationem... »

Dein addit minutatim, quâ ratione celebraverit festum S. Barbaræ..... resumperit in S. Catharinæ solitas conciones,..... et alia hujusmodi quædam, ad ejus Ministerium, et præsidium Mechliniense spectantia.

Nos autem ad Collegia, et quidem Belliolum regrediamur, ubi cessante per viciniam turbatione, « fuerat sub id tempus institutus Catechismus in quo pauperes singulariter erudirentur. Laborarant, scilicet jam a multis annis, pro eo constituendo viri e civitate, et e Societate primarii. Non unus etiam bonam pecuniæ summam, testamento relictam, eos in usus impendi voluerat. Suam etiam auctoritatem interposuerat Rmus Episcopus Ippensium; at nihil effecerant, ac desperata res videbatur. Adeo pertinaciter sese opponebat hisce piis conatibus boni communis hostis. Verum ad extremum victus est, industriâ Patris (ni fallor, Balduini van Okerhout), qui cum publice super eâ re perorasset in frequenti Magistratum Conventu, repente omnium animos et voluntates sic in partes suas attraxit, ut nemo unus deinceps dissentiret, etiam ii qui ab illâ re fuerant animo prorsus alieno. Ergo, pauperibus evangelizari cœptum est adulto jam anno, tantâ omnium admurmuratione et studio, ut si de principiis conjecturam facere liceat, exiguum hoc semen ingentes aliquando fructuum acervos productum videatur. »

« E Collegio Bergensi, post dissipatas turbas, dudum licuerat hospitibus Castanis et Watenensibus ad sua, hostilem in modum, vastata Collegia regredi; sed postmodum, sive coeli inclemenciam, sive nuperâ trepidatione turbatis corporibus, morbi Bergis prodierant in domo nostra, tenueruntque ad multos menses. »

et Casleti. « Casletanæ civitatis expilatio, mense Julio, ut supra dictum est, et expulsio patrum non plus octiduo præter omnium exspectationem duraverat, quando a milite Hispano recuperata est urbs, et e nostris Rector, P. Gabriel de Witte, cum tribus sociis, eadem nocte reversi sunt ad collegium, in quo tunc ipsum summum Prætorem agri Casletensis..... aliasque de Curiâ nobiles viros, per aliquot hebdomadas hospitio exceperunt, quod officium eis merito præstatum, grâta memoriâ recentis in nos beneficij. »

« Non multo enim ante hæc infausta tempora, concesserant Prætor et Magistratus, in inchoati templi nostri fabricam, septem et amplius aureorum millia, a Flandriæ Ordinibus Casleto debita, atque amicorum ope in nos transcripta. Hæ summæ nunc ad suum Oppidum, ut olim erat, valle iterum cingendum, ad tempus erant impendendæ, et ut nos ad interim etiam Collegii limites vallo terreo et loricâ circumcingi curaremus (1). Atque ad id adlaboratum fuit.

Cortracum quidem, nunc, et alia interioris regionis Collegia, visitanda erant; sed prius Dunkerca videtur opportunius adeunda.

Dunkerke. Professores tantum tres in Dunkercano Collegio docebant hoc anno, et præter Præfectum scholarum, Rectorem et Ministrum., nemo aliis ex officio dabat operam studiosæ juventuti. Sed terni PP. domi forisque laborabant, quorun unus Hieronymus Carion, Sacellanus major Armaðæ.

Missionis navalis. Præterea catalogo Missionis navalis, cuius Dunkerca sedes erat, adscripti erant septem : PP. Adrianus Poirters, Carolus Berchmans, Carolus Dubreuil, Carolus Porret, Cornelius Sylvins (de quo mox), Henricus Van Olmen, et Petrus Simonis.

« Quod ad hanc Missionem spectat; uberem hoc anno fructum attulit augustinum Sacrificium, quod in navibus celebrari coepit est. Enimvero fuit efficax ad omnem pietatem inter nautas calcar; nam et Sacro quotidie intererant, et facilior erat accessus ad Sacraenta reliqua. Subinde 40, aliquando 80 numerati sunt, qui una in navi, uno die, cœlesti se refecerunt epulo. Inter eos, qui ad meliorem frugem hoc anno reducti sunt, fuit aliquis cœnobita, qui posteaquam eò desperationis devenisset, ut a suis profugus, in hâc hominum turbâ, nautam cum reliquis ageret, industriâ Patris nostri..... resipuit. »

« Domi, strenue laboratum. Supra 30 millia communionum distribuimus. Abjurarunt hæresin undecim.... Plures eamdem spem faciunt in annum proximum. Ex illis mortui sunt duo, et primus quidem, vix sacris undis ablutus, obiit : alter, vix a peccatis absolutus, insigni vulnere cecidit..... Concio gallica frequentiores multo auditores habuit. Carcer et nosocomium crevit incolis, quos huic urbi plus satis suppeditabat Audomaropolis a Gallis obsessa... Audomarum etiam mittendi hinc fuere PP. bini qui Nostros in exercitu desudantes adjuvarent. »

Imago Foyensis. « Potissimas in rerum nostrarum progressu partes sibi vindicat *Virgo Auxiliatrix* nostra (2). Augentur in dies beneficiorum acceptorum documenta, donaria, luminaria. etc..... Per octiduum natalitiorum B. V. arserunt 1648 luminaria. Idem obtinet in festis; uno die numeravimus aliquando ad quadringenta..... Antistites duo huc e

(1) Hoc quo scribo anno 1867, de collegio Casletensi nihil superest præter Ecclesiam, in cuius frontispicio summo remansit nomen IHS; sed interius, ædes illa contignationibus divisa, in usum scholarum Fratrum Doctrinæ christianæ fuit accommodata.

(2) Statua e ligno Foyensi, *Virginis Auxiliatricis* existit etiamnum Dunkercæ in S. Joan. Baptistaræ parochiali templo pridem PP. Recollectorum. Visitur, cum sua inscriptione ad dextram templi partem in ambitu veteris claustræ. — Pristinum S. J. Collegium, nunc est Lyceum Imperiale; sed ita mutatum, ut a parte plateæ 4 tantum fenestræ supersint; Templum vero non appareat.

locis remotioribus miserunt e Diocesanis suis duos, morbis remedium a B. V. petituros, qui deinde, pro accepto beneficio, gratias reddituri rediverunt. etc.

Ex personis 25, tres ad meliorem vitam evocati sunt, et quidem primus die 24^a Martii, † P. Stephan.
Puteanus. P. Stephanus Puteanus, natus, ut in Albo novitiorum ipse scripsit, « die ... Junii, 1608, Lovanii, ab Ericio Puteano, Consiliario et historiographo regio, et Magdalena Torriana. » Studuerat humanioribus in urbe natali sex annos, apud P. P. Augustinianos, quando superstitionibus parentibus admissus est ad Societatem, Bruxellis, a R. P. Montmorencio, Provinciali, circa festum Annuntiationis, et tirocinium Mechliniense ingressus est 15 Aprilis, 1626, sub Rectore P. Antonio Suequet. Secundum Catalogos non docuit in scholis; sed peracta Philosophia etc. jam exeunte anno 1633 Theologiam applicatus, Antverpiæ, in antecessum, ut videtur, ad Sacerdotium promotus. Anno 1638 jam « varios exantlarat in Missione Navalii labores, quando mensium aliquot languore et febri sublatus est, relicto magno sui apud Capitanos plures desiderio, qui virum pium, modestum et zelosum deprædicabant omnes. — Sane missionem istam suam apostolicam, et in ea lucrum animarum sedulo promovebat; et huic functioni sacræ immori cupiebat, quod sœpe mihi, adhuc sua valetudine utens, testatus est (ut hic ait ejus Rector P. Nicolaus Van Middelen); atque viri votum exaudivit Deus. »

Ille in Missione Navalii; alter domi obiit, Frater Coadjutor, Matthæus Durbu, die 18 Decembris; † F. Durbu. qui magna domesticorum satisfactione per plures annos, sua sartoris et curatoris hospitum officia gesserat....

« Hunc ad cœlos præcesserat 13 Novembris, P. Cornelius Sylvius, qui dum vitam pro ovibus posuit, magnam sibi et Societati gloriam peperit. Classis regia 20 navium bellicarum sub finem Octobris, in mare solverat, tam hinc, quam Ostendæ, et in ea Patres septem. Portu vix egressos crudele excepit prælium, adversus septemdecim hereticorum naves commissum; sed litem diremit tempestas multorum dierum fœdissima. Jactatæ sunt toto Oceano naves omnes, medio et amplius mense, donec quatuor tempestate perierint; ceteris, quo possent portu, sese exitio eripere conantibus. Redière cum his sex patres, in quibus tot prodigia numeramus, quot homines recepimus; nam cum navis, quæ unus ferebatur, rimis undique fatisceret, alia rudentes et anchoras, alia malos ac vela amisisset.... eos patrocinio B. Virginis quam invocarant.. evasisse credimus. Dilectos Patres, tot periculis ereptos et incolumes, domi cum gaudio recepimus. Sed navis quæ septimus, P. Sylvius, ferebatur, posteaquam per dies multos fœdâ tempestate jactata fuisset, vado tandem allidens, naufragium passa est. Quare, cum moriendum hic sibi et plerisque aliis bonus Pater intellexisset, omnes adhortatus et excitans, singulos confitentes audivit, multis verbis protestatus libenter se cum illis moritum. Et vero, nullos evitandæ mortis modos sectatus aut cogitans, non destitit omnes periculi socios ad meliora hortari, donec ascendentे fluctu jam mediis in aquis consisteret; ac tum singulos rursus accedens, crucem quam manu præferebat osculandam præbuit. Deinde ad mortem se ipse disponens, Calices queis litare solebat e suo cingulo appendit, ut cum ad littus ejici contigeret, hoc signo agnitus, tanquam Sacerdos sepulturâ donaretur. Crucem, cum alii appendendam dicerent: Non, inquit ille, sed hanc Dei mei imaginem brachiis stringam, nec dimittam, quoad usque in ejus amplexu posuerim animam! Iis autem qui ad enatandum accingebant sese, commendavit intrepide, ut mortem suam sociis Dunkericanis significare vellent, et eorum pro se efflagitarent preces. Tandem excrescentibus ad collum aquis, et cruce quam gestabat bene precatus superstitionibus, cum navis dehisceret, mari absorptus est magnanimus vir, tot spoliis animarum dives, quot cum illo submersi sunt. Ad centum et viginti fuerunt, quos ita cœlo intulisse confidimus. »

Lucem hauserat ille die 5 Nov. 1608, Goudæ, a Cornelio Sylvio, procuratore, et a Sara Sandelin. Societati adscriptus anno 1624. Ut Stephanus Puteanus, ter denos vîtae mortalîs anno needum attigerat Sylvius (1).

Cortraci, ipso in Epiphaniæ festo defunctus est Rectoris officio P. Andreas Hellin, eique successit P. Jacobus Caterus (De Cater, Antverpiensis), « qui præter cætera, cultum D. Virginis, hic admodum ab annis sex vigentem occasione statuæ e ligno

CORTRACI.

(1) Vide in Hazaert, *Kerkelyke historie*, ære incisam actionem hanc, ad hunc annum.

**Cultus B. v.
etc.** Foyensi, tunc Contracum allatae à R. P. Prov. Gulielmo De Wael. » Superiori anno persuasum parentibus fuerat, ut liberos recens natos tutelæ B. Virginis committerent; quod pietatis genus tantopere placuerat, ut plurimi, quot liberos domi numerarent, tot cereos deferrent; alii, in cereo uno librarum numerum numero prolium æquarent; passim omnes familiam suam, ac præsertim teneram sobolem D. Virgini commendarent, ac veluti consecrarent, oblato quodam donario (1). Hocce anno, Rector induxit Sacrum solemne quotidianum, per Novennam a festo Præsentationis, et vespere, decantandas Litanias. Inde concursus ad Sacraenta crevit.... pertinaces multorum febres depulsæ, atroces cruciatus sublati, puerperæ feliciter levatae.... Tribus paginis hoc loco narrantur conversiones, sanationes, et aliæ gratiæ miraculo proximæ obtentæ a Christi fidelibus... Horum, vel uno Bacchanalium triduo, S. Eucharistia refecti sunt in templo nostro amplius 7000.

Nec illud omittemus: « Cum Antverpia mense Junio, in præsentissimo discrimine versaretur, ab Hollandis eam obsidere molientibus, plurimum se Contracensibus commendari petiit unus e tribus militum Ducibus, licet hinc ad 18 leucas dissitus, Don Andreas de Cantelmo, Italus. Fuit, ut supra narratum est, felicissimus pugnæ exitus..... post relata autem victoriam solemniter actæ Contraci gratiæ fuerunt; et etiam pro militibus, qui gloriose occubuerant, parentatum in templo nostro, aris omnibus funebri apparatu instructis, sacerdotibusque nostris omnibus (15 numero) piaculari Deo Sacrum offerentibus. »

» In festo S. P. N. Ignatii, quod etiam novo apparatu celebratum est, Sacrum cecinit summus Regiæ Matris (2) Eleemosinarius et Concionator, Matthæus de Morgues, qui uuper fuerat Præpositus Collegii Canonicorum Harlebecani declaratus. Missæ solemni interfuit urbis Senatus, cui de more oblatus fuit fundatoris cereus. Idem Adm. Rev. Præpositus, ante Vespertinas Laudes, gallice peroravit, totius urbis honestioribus ad eum audiendum studiose confluentibus. »

Eodem die, oblatum est D. Ignatio antependium acu pictum, trium sororum opus et donum. Constiterat centum florenis.

**Charitas in
Captivos.**

Interim ex alterâ Flandriæ parte, ubi Galli Audomarum obsederant, plurimi captivi Contracum in custodiæ ducti, per menses aliquot a PP. nostris in spiritu adjuti, et conquisitis, magnâ charitate, ad eos sublevandos eleemosynis....

Civium multi... negabant hostem alendum, qui patriæ infestus venerat... neque commiseratione dignos esse dicebant, quorum vultus essent supplices quidem, animi adhuc hostiles: addebatque: postquam, præsertim, dux militiae gallicæ redemptorum se illos negasset, hostium vires in perniciem patriæ a patria fovendas non esse, sed fame consumendas. Errorem hunc nostri PP. publice et privatim, tam fortiter confutarunt, ut publicum istud odium in Christianam charitatem magnâ ex parte converterint, et plures deinceps stipem ac victimum ad carcerem ultro comportarint. Aliqui etiam, privatim a nostro moniti, ut arriperent, nunquam fortassis amplius offerendam, tam insignem occasionem, parendi mandato Christi inimicos diligere præcipientis: eodem adhuc die omnem quem domi habebant panem, cum aliis cibariis, ad carcerem suis manibus detulerunt, et vicinis etiam suis atque consanguineis ut idem facerent persuaserunt... Sub discessum... sex e nostris adivère carceres, interque pœdorem et graveolentiam audivere confitentes, qui post accep-

(1) Ni fallor, istius consuetudinis hodie dum aliiquid superest in templo Societatis ibidem.

(2) Matris Galliæ Regis; vide supra, ubi de Collegio Bruxellensi. — Matthæus de Morgues successit anno 1647, Jacobus De la Torre, Archiepiscopus Ephesus, quo die Vicarius apostolicus pro Fœderato Belgio factus. Vide Sanderum.

tam sacram Eucharistiam, lauto prandio refecti... effusam Contracensum in hostes charitatem, cum ingenti admiratione et gratiarum actione, passim deprædicarunt....

Cæterum Professores in gymnasio 5 totidem scholas regebant, sub suo scholarum Præfecto, qui simul erat Director sodalitatis virorum, etc. Singuli professores, extra scholas, et ipse P. Rector, et Minister, suos habebant in urbe catechismos statutis diebus. Catechismorum omnium præfector erat P. Joannes Van Wyck. Aderant Contraci juniores Scholastici repetentes humaniora, hoc quidein anno duodeni, qui Præfectum habebant sane eximium P. Sidronium De Hossche. Transferenda huc illa juventus fuerat, inde ab anno 1629; nec semper hoc in Collegio remansit, ut suis locis dicetur. Universus autem personarum in Collegio Contracensi numerus, ita concenderat ad 48.

Scholæ, etc.

Gandavi quidem non erant nisi 44, scilicet : Sacerdotes 19, professores non Sacerdotes 7, cum Coadjutoribus 18, quorum duo Novitii. Rector erat Franciscus Van Hees. Erant tres Missionarii; et unus ad milites, Claudius Schyff, concionator et catechista flandrice et hispanice, quem in eâ re succollabat Gregorius a S. Vincentio.

GANDAVI.

« Charitati exercendæ campus amplissimus nobis oblatus erat. Ardente enim ad Audomaropolim bello, carcer Gandavi fuit sexcentis et eo amplius e Gallia captivis instructus, cum ingenti morborum comitatu, dyssentheriæ maxime, malignarumque febrium; quarum cum periculum fœdamque illuviem subterfugerent alii, hanc provinciam nobis detulit Rmus Antonius Triest. Suscepta fuit ab aliquibus e Patribus, eo ardore ut amicissimos fratres, non hostes, invenisse dixisses, quorum necessitatibus tum corporis, tum animæ medelam attulerunt ex oblates ab Episcopo, ac aliunde conquisitis, eleemosynis, et aliis etiam e penu nostra domestica desumptis subsidiis... Cautum vero periculis animorum præcipue, noctu diuque, tam studiose ut universim omnes absolutione a peccatis, et plerique cœlesti epulo semel ut minimum donati fuerint; atque e ducentis quos vis morbi sustulit, unus omnino, imminente agone ultimo, veterno oppressus, expers fuerit Sacramentorum pœnitentiaæ et Eucharistiaæ, neque is tamen non rite inunctus decessit. Adeo in momenta singula charitas excubabat PP. nostrorum, qui cœterū soli, Parochorum muniis omnibus hoc in carcere fungebantur. E patribus aliquis (P. Philippus de Cottreau) per annos jam superiores peste infectorum auxiliator strenuus, dum hic potissimum totos ferme dies ægris continenter assistit, iisque juscula et carnes ipse distribuit, prope abfuit a morte ex contractâ lue, uti et alias (dubito an Alegambe an Bronchorst) qui in hoc officio succedaneam operam præstabat. Successere dein in ordinem omnes, suas etiam vices obeunte Superiore, donec tandem, qui supererant ex captivis, trium amplius mensium intervallo elapso, hinc ad suos dimissi sunt. E toto numero, duo solum deprehensi inter illos Calvini assec læ; sed ambo sequi Christum edocti; et horum alter mox felicem, quod speramus, æternitatem est assecutus. — Duæ præterea puellæ deseruere Lutheri doctrinam. Item hæreticus, Zelandus natione, Romanam Fidem amplexus est. »

Labores in
carcere etc.

Quod Gymnasium spectat, « tres discipuli, auditâ rhetorica ad PP. Recollectas transièrunt; unicus Societati nostræ adlectus; plures excludente temporum injuriâ. »

» Reliquæ S. P. Ignatii nunc primùm in argenteâ thecâ, super ejus aram solemniter sunt positæ, præviâ Illustrissimi Mechliniensis, ac Revni Gandensis approbatione; quæ etiam insignita fuere sacra lipsana S. Francisci Xaverii, et BB. Aloysi ac Stanislai, quæ asservantur in Sacrario nostro. Pro thecâ S. P. Ignatii pretium 600 florenorum persolvit Domina... intercessione Divi in puerperio, aliisque morbis servata. Appendit alia, ex voto, lampadem argenteam 200 fl. quam et toto anno lucere voluit... etc. etc. Præter quamplurima Sacra votiva privata, decantata sunt

20 solemniora, et imprimis per totam octavam quotidie, quando et habita concio, et insonuere concentu musico Litaniæ... Cereorum supra 280 libræ in flammis abière etc. »

» Per æstatem, cum pestifera lues per urbem iterum increbesceret, nostrorum opera pariter expedita fuit ab Episcopo, a Magistratu a Parochis, in quam illico promptus accinctusque stetit Pater unus, cum socio... fuissentque sine mora intenti operæ, si necessariæ ad id munericæ ædes, a Magistratu diu quæsitæ, potuissent repe- riri conducendæ. Emere nolebant, quamvis in emptionem Rmus offerret pretium, additâ conditione annui redditus, quem Senatus penderet, cessurum in commodum egenorum civium. Sin mallet, addebat Præsul pro grege suo sollicitus, et in se recipiebat medium damni partem, quam in vendendis dein temeratis ædibus res publica subiret. Ast, dum quærerendis conductitiis ædibus tempus a nostris, et a senatoribus absumitur, PP. Recollectæ ædes monasterio suo contiguas (1), et operam obtulere. Tum denique annuerunt Parochi, miseruntque ad P. Rectorem Collegii duos viros, qui de prolixâ nostrorum voluntate, communī nomine gratias agentes, exposuere dolori esse universis quod operâ Societatis, quam elapsis annis cumulatissimam essent experti, frui etiam nunc non licet. Quibus ita responsum, ut denuo intelligerent, nec per Societatem stare quominus in idem adhuc munus se impenderet, nec porro fore, ut unquam studium suum et operam in eo charitatis munere desiderari pateretur. »

» Ad proventus domesticos accessio facta est 500 florenūm annuo reditu perpetuo, ad quem se hoc anno rite obligavit D^{ma} Comitissa de Wacken, cum sorore suâ D^{ella} de Bronchorst, idque ex pia legatione defunctæ matris, Mariæ de Warluzel, dominæ de Vliedt. »

HALLIS. In Collegio Hallensi pauca, ut videtur, contigère notanda. Illud incolebant 5 sacerdotes, 3 magistri, 6 rei domesticæ adjutores.

Steph. Boxstal. « Ex postremo numero sublatuſ febri hecticâ post anni unius languores fuit qui, ut dicit Epistola mortuaria, « Bruxellas missus, ut phtisi suæ remedium inveniret, inde Aldenardam, natale solum; utrobique per menses aliquot, eximiam Societatis nostræ in ægros charitatem expertus est, quæ malum quidem lenire, sed tollere non potuit. Die 2^a Augusti Hallas reversus, tandem placidissime obdormivit in Dno 24^o Octobris. »

« Divæ Virginis Sodalitas, quæ languerat, ita revixit hoc anno, ut omnes cives paucis admodum exceptis et ei nomina dederint, et eam diligentissime frequentent. Nunc etiam primùm Meditationes, bis quaque hebdomadâ Quadragesimæ, in Ædem Deiparæ, fuerunt inductæ, ingenti cum fructu, sed ornato templi non contempnendo. »

« Magistratus nobis mœniorum partem, unâ cum urbis turriti propugnaculi usum ad hortum dilatandum concessit (2). »

Iprese. Ipreenses PP. neque multo plura suppeditarunt enarranda, quamvis in eâ domo personæ duplo plures quam Hallis habitarent, duplo plures essent scholæ, et Magistri sex, singuli pro singulis classibus. Inter undenos Sacerdotes, erant duo Professores theologiae moralis, qui bujus Dioeceseos sacerdotii candidatos erudiebant. Scriptor historiæ nihil aliud adnotavit, quam novi templi molem eo consendisse ut tegulum imponi potuerit; suumque diem obivisse, die 5 Maii, Cornelium Jansenium, anno Episcopatûs sui secundo; et, ut de Præsule pauca dixeré, sic etiam pauca de quatuor sociis in Collegio defunctis attulerunt. (*Vide Appendix VIII.*)

(1) *Contiguas*. Primaliter turres mœniorum, quæ ob eorum formam vocabantur Flandrice *Ketels*, fluminis adjacentes: altera ubi nunc pons *Ketelpoorte*, altera ad confluentem Scaldis et Lisiæ.

(2) Pristina Societatis domus pars templo vicinior, nunc incolitur a R. D^{mo} parocho Decano, altera nosocomium est.

Tres F. F. Coadjutores e vivis excessere: « Primus die 20 Aprilis Fr. Matthæus De Backer, senex decrepitus, natus in Wevelghem anno 1560, et jam ætate maturus in Societatem admissus 1599. » — Addit epistola mortuaria fere: tempus suum in hoc Collegio decurrisse, sedulum semper in operando, etiam quando, sex supremis annis, duobus scipionibus cogebatur uti.

Mattheus
De Backer.

Alter, Balthasar Leskens, Antverpiæ natus 1595, eò etiam ætatis devenerat, ut a suis Marthæ [†] Leskens, et ministeriis dudum quiesceret. Neque validior erat ætate tertius Frater, Franciscus Peeters, Brugensis, anno natus 1597. »

Leskens,
Peeters.

Florentium Letmaten illis juniores, Sacerdotem, atque hoc anno Collegii ministrum, cum et de ipso sileant Annuæ litteræ, nos ex Catalogis Provinciæ persequamur. Goudæ in Hollandia in lucem editus anno 1607, Mechliniæ ad probationis domum venit 17 Sept. 1624, unus e 32 istius anni Novitiis. Logicæ et physicæ biennio studuit, et quidem tunc temporis Lovanii. Repetivit humaniores litteras in Collegio Antverpiensi, 1628; easdem docuit annis 4, Cortraci. Lovanium redux, anno 1633 exeunte, theologiæ dedit operam Liranam tertiae probationis domum adivit inclinante 1637. Præsenti de quo agimus anno die 5^a Septembris, religiosum curriculum absolvit in Collegio Irenensi, undenis mensibus hujus domus incola et Minister.

Flor.
Letmaten.

Iprenses, ut opinamur, bellorum de quibus egimus theatro vicini, haud exiguae partes habuerunt, in istorum temporum calamitatibus, morbis, ærumnis; sed nobis nou constat.

Liranum oppidum, ab isto bello campo longe remotius, acriter illas ærumnas persentivit. Solito ibidem Præsidio militari, cuius Sacellanus major erat P. Nicolaus Joly, supervenerat hoc anno, « morbidorum et captivorum ingens adeo numerus, ut vix sufficerent Patres officiis charitatis. »

Lira.

« Animadversum fortiter in meretrices fuit, quarum non unam Officiales ipsi militares fustibus expulere. Ast milites, etiam bæretici, alibi capti et huc transmissi, se jam melius instructos feliciter promiseré seriò de Fide capessendâ deliberaturos. Restitutum fuit B. Virginis de Rosario sodalitum, quod inter milites languebat, imo cuius plures vix meminerant, » ex frequenti haud dubio præsidii migratione.

PP. tertiae Probationis undecim aderant Liræ ab Octobri mense superioris anni, ut ex Annuis et e Catalogo Provinciæ constat. Dicitur autem inferius, ubi de Mechlinensi Collegio agitur, Patres tertiae probationis dispersos fuisse a R. P. Provinciali per Flandriam, 2^a die Dominicæ Quadragesimæ. Illi proin non habuere partem suam in laboribus de quibus dictum est, nisi forte redierint Liram, id quod adhuc ignoramus, uti et quam ob causam dispersi fuerint.

Memorant autem Annuæ, rem hujus domus temporalem, ante menses aliquot auctam fuisse censu annuo 200 aureorum, morte Cathariæ Monix, matre fratri nostri Badix, Coadjutoris, cuius dominium ipsa vivens, moriens vero fructum omnem Collegio reliquerat. Inde, præsenti anno P. Ludovicus Jacobi, a triennio Rector Liranus, Sacellum (in foro) S. Jacobi nostrum, choro et sacris ornamentis commodius reddidit, non sine sumptu et quodam splendore. Murum etiam 30 fere pedes longum, quod erat in præterlabens flumen collapsum, restaurare potuit, sumptu et commodo fere æquali. »

Florentem Collegii Lovaniensis conditionem e personarum catalogis indagabimus, LOVANII. antequam scriptorum ejus adeamus, hoc anno verbis avarum.

Exeunte superiori anno personæ de Societate numerabantur in Collegio 146; sub Socii, quot etc. autumnum vero præsentis anni 166.

Hujus Seminarii Rector erat jam tertio anno P. Ferdinandus Delplano. Minister domus P. Philippus a Burgundia; Præfector studiorum et bibliothecæ P. Adrianus Cromnius. Theologiæ scholasticæ Lectores P. Ignatius Derkennis, cum P. Joanne De Jonghe, qui simul erat Sodalitatis DD. Theologorum Director; Sacrarum vero

litterarum Professor erat P. Joannes Baptista Engelgrave (1), qui et sodalitati OO. SS. præcrat. Alius erat Cursus theologicus, Antverpiæ, ut supra adnotatum, cuius rei vel hæc ratio sufficiens videri posset, quod minuendus esset Nostrorum incolarum numerus Lovanii, ubi tunc etiam degebant, cum discipulis suis, philosophiæ professores 4: nempe P. Ludovicus De Schilder, qui simul præerat sodalitati DD. philosophorum Academiæ; P. Dorotheus Louffius; P. Joan. B. Renterghem et P. Gulielmus Boelmans; ac, præter hos, Professor specialis scholæ mathematicæ, P. Joannes Ciermans, qui tamen numerum discipulorum admodum exiguum, ternos aut quaternos, habebat.

Sodalitates B. V. (præter jam nominatas) existebant aliæ tres : juristarum, quos P. Gul. Staniburst; civium conjugatorum quos P. Jacobus Susius; et juvenum quos P. Justus Frisius dirigebant. Singuli, socium habebant unum e Scholasticis, hâc in re adjutorem, lectorem, fraternum denique solatum.

Præfectus rerum spiritualium erat P. Judocus Schapelinck; præfectus templi et Catechismorum P. Jacobus Wyns. Hoc anno 15 minimum Catechistæ nominantur in Catalogo; aliâs non raro plures erant. Præter Confessarios et concionatores, reliqua officia sunt mere domestica.

In scholis, numerabantur Societatis Theologi quarti anni undeni, tertii anni 19; anni secundi item 19, et primi anni 16. Physici 17, Logici 16. Quos inter occurunt nomina, quæ evaserunt labente tempore præclariora; sed ea inferius in hoc præstituto Opere recurrent, aut actorum gratiâ, aut mortis causâ, quæ sceptrâ ligonibus æquat, tironibus Doctores.

¶ P. Gul.
Boelmans,
et

Unus e Patrum numero, et quidem in ætate florenti 35 annorum, decerpitus, ac veluti feraci solo avulsus fuit P. Gulielmus Boelmans, philosophiæ professor qui ut « Annua ferunt, præter virtutes, » variarum linguarum peritiam adeptus, et omnibus prope scientiis excultus, plerasque doctrinas, » poëticam, rhetoricam, philosophiam, Mathesin, Theologiam professus fuerat. » P. Gulielmus, ut aliunde constat, erat Mosæ-Trajectensis, filius Aegidii Boelmans, et Lutgardis Biesmans, proprio reditu viventibus. Natus 7 Octobris, 1603, scholas ibidem Collegii Societatis frequentarat annis 7, quando missus a R. P. Scribani, Mechliniense tirocinium ingressus est 24^a Septembris 1617, admodum juvenis. Post biennium, dedit operam Logicæ, physicæ, repetendisque humanioribus, Antverpiæ toto triennio. Docere cœpit anno 1623 in suo loco natali latinas litteras, Græcas, Poësin, Rhetoricam, et iterum Rheticam uno anno 1628, Gandavi, antequam Lovanium adiret ubi quadrienne theologiae stadium currit. Promotus ad Presbyteratum, præfuit Sodalitati latinæ an. 1633 apud Antverpienses, ubi et rerum Mathematicarum professor erat, quod officium dein anno uno præstitit Lovanii, ubi tandem, quin de Theologia constet mihi, Philosophiam professus est. Hoc ipso autem anno 1638 ad 4 votorum professionem admissum, diu speratorum jam fructuum feracem, cœlis inseruit summus arbiter Deus. Dies erat 22 Octobris.

F. Daniels.

« Alterum abstulerat mors, die XI Octobris, Nicolaum Daniels, fratrem coadjutorem pietati et labori addictissimum in culinæ ministeriis. Natus erat 1594 Societatem ingressus 1699, Formatu, 1630. »

« Sæculum ad se retraxit e theologis unum ophthalmiâ laborantem. Cæteri in officio perstitere. Ad religiosam disciplinam juvit major Juniorum ab aliis discretio. »

» Fructus animarum, fuerunt pro impensis laboribus, uberes ac læti. Ex aliquorum animis graves inimicitæ sublatæ; inter alia duobus nobilibus adolescentibus singulare certamen ingressis, duo ex nostris, eò velut à Deo acti, gladios extorsere. Postera die in Collegio pax inita, dataeque dexteræ. »

» Sacris commentationibus domi nostræ fuerunt exercitati sex supra triginta. »

» Per quadragesimam, excursionem strenue ad vicina oppida, ubi miles in hibernis frequens. Impetratum a nonnullis Ducibus ut non prius stipendia dividerent, quam obitæ confessionis schedulas vidissent. » (*Vide Appendicem IX.*)

(1) Non confundendus cum J.-B. Engelgraef, juniore. Ambo Antverpienses erant.

» Alienis etiam militibus impensa cura. Erant, ex Hollandis prope Calloam captis, missi ad ergastula Lovanii plures. Magna eis fuit charitate subventum, et liberalitate. Nunnuli qui, ob poedorem et angustias carceris, morbos contraxerant, nostrorum humeris delati ad nosocomium. Duo ex iis ad veram Fidem traducti pie obierunt. Plures alii hæresin ejuravere. Ceteri, deposita de Jesuitis opinione, hos undique dileaudabant. »

» Utiliter et inter cives et Academicos laboratum...

» Per annum ad S. Epulas in nostro templo plus quam 58 millia accesserunt. Vix tamen major frequentia fuit quam in festo Exaltationis S. Crucis, in quam diem indulgentia plenaria in septennium impetrata Romæ fuerat, ad majorem venerationem salutiferi ligni Crucis conspicuae particulae, olim a P. Oliverio Manaræo hic relictæ. Hæc, superiori anno, in pretiosissima cruce fuerat inclusa, et nunc exponi cœpta. »

» Excitus quoque aliás ad templum nostrum populus; quum ex 19 Neomystis, 3ⁱ anni theologis, duo fratres germani primitias celebrarunt, Ignatius et Franciscus Xaverius Perez; qui Antverpiæ primùm Sacris operati, Parentem suum, Societatis etiam Sacerdotem, ibidem habuerant Assistentem, et Lovanium reduces, suo Patri solemniter hic celebranti, idem officium præstitere (1).

» Scholas illustravit celebris disputatio, quâ positiones de venerabili Eucharistiâ, Sermo Card. Ferdinando, dedicatas, quidam hujus Academiæ theologus propugnavit. Res summâ pompâ et plausu peracta.....

Bibliotheca multorum beneficentiâ, eò jam excrevit, ut nullis in Belgio cedat, vel multitudine librorum, vel delectu.

Quod fortasse rerum genus a scriptore Lovaniensi facile potuisse evolvi, videtur indicari in Annuis Mechliniensibus, e quibus hæc quæ sequuntur desumpta.

MECHLINIE.

« Annum 1638 multis, inquiunt, periculosum reddidit contagies diurnorum graviumque morborum, quibus Patrum et Novitiorum multi serio decubuere. Nihilominus urbi afflictæ succurrimus, nocturnâ diurnâque operâ; et usque adeo defatigati fuimus, ut cum labore pares diutiùs esse non possemus, ob occurrentium undique ægrorum multitudinem, Sacerdotes quatuor Lovanio evocare necesse fuerit. »

morbi.

« Ægrotis civibus accessere dein captivi, hæretici... qui ad Antverpiam, in Calloo partâ insigni victoriâ, venerant in potestatem Principis nostri; et per urbes et oppida distributi, mensibus aliquot varios occuparunt carceres, ac Mechliniam quidem eorum venerunt trecenti, ac plures. Ex iis nonnulli reconciliati sunt Ecclesiæ, diemque suum pie obierunt..... »

« Consultum etiam sanis; uni præsertim optimo eventu. Erat is nobili genere Baro, juvenis annorum 19, a matre quidem catholica educatus; sed cum patrem haberet non dumtaxat hæreticum, verum etiam a fide apostamat.... religionis oblitus, militæ hæreticorum dederat nomen. Captivitas, et nostri Sacerdotis congressus, mentem ei reduxit. Noxas totius vitæ eluit. Sacræ synaxi sæpiùs, idque publice in omnium conspectu refectus. Ad suos deinde rediit in Hollandiam; nec, ab ipso patre suo graviter ob id offenso, potuit adduci ut arma pro hæreticis iterum assumeret.... »

ministeria.

« Externæ nostrorum functiones, eodem quo superioribus annis fervore, præstitæ. Crevit numero, pietate, assiduitate in concionibus auditor..... Crevit Sodalitas viro-

(1) Franciscus Peres Polanco, Cordubensis (natus 1579) qui fuerat Classis regiae, et matrimonio junctus annis octo, Antverpiæ per 14 sue viduitatis suæ fuit administrator Nosocomii S. Elisabethæ. Dein, filio uno defuncto, duos superstites dedit Societati (1625), et Sacerdos factus ipsos ad Societatem paulo post secutus est (1626). — Obiit in Domo Professâ, 22 martii, 1655.

rum non tantum; sed et juvenum. Hi ad trecentos pervenerant. Adscribi, petunt, die Congregationis, nunc deni, nunc duodenii, et plures. Sunt Parentes, qui conquisti sint de filiorum importunitate, avide nimis urgentium, ut sibi de numero sodalium esse liceret. Fuere, quibus vix satis erat ad pauperem domi vitam sustentandam, et de vestitu tamen honestiore filiis suis prospexere, ut honeste comparere inter sodales possent etc Compositi et reconciliati plurium dissidentes auimi. Plures in Fide nutantes confirmati. Decem ad eam, ante mortem conversi. »

Quæ et quot personæ. » Sub finem Julii, jam tertio domum hanc regendam accepit P. Fredericus de Tassis, qui, vix uno altero mense respirarat post administratam a se Provinciam. Rectoratu decepsens P. Adrianus Cools, prefectus est in Hollandiam, Missionis istius Patribus praefectus. »..... Hæc proxime sunt, quæ a domestico Scriptore commemorantur.

Inspicienti Provinciæ catalogos, patet in hac Probationis domo fuisse Novitios 2^{di} anni 36, primi anni 31; Coadjutores Novitios amborum annorum 42, numerus præ solito major; præter FF. coadjutores veteranos 15. Inter Magistros scholarum computabatur Carolus de Noyelles, postea Societati universæ præpositus; quem in Societate præcesserat anno uno frater ejus Adrianus, qui diem obiit in Missione Castrensi.

Ex Diario Castrensi. Sacerdotes aderant in domo 16, non computato Sacellano majore Artilleriæ, qui hyberna tantum hic peragere solebat. Ex hujus Sacellani P. Henrici Jamblenne Diario aliqua desumenda restant, ut de illius per hyemem laboribus aliquid constet.

Mense Januario, plura consignavit matrimonia. Nominetenus affert contrahentes et occurrentes casus exponit; promovit unum, alteri injicit obices..... Dicit, quot extrema Sacramento, quot funera fuerint, et quamobrem in suppétias venire debuerit P. Theodorus Rosmer, in castrenibus diù versatissimus..... Item, quâ ratione celebrarit 2^a Februarii cereorum benedictionem..... etc. Sex hic paginas contraxi, fastidii vitandi causâ, sed quædum tamen ad litteram describo :

« Februarii die 19^a, inquit, quam in diem incidebat Dominica *Quinquagesima*, dixi in templo D. Catharinæ, de modo celebrandi bacchanalia, super istâ sententiâ : *Risus dolore miscetur sed extrema gaudii luctus occupat*. Erat magna hominum frequentia... Omissò catechismo ad pueros, qui semper iidem venire solebant, animum applicavi totâ horâ dicere ad maiores, felici successu; et aucto dein concursu majorum in Quadragesimæ. »

» Die 15^a et 16^a diebus antecinalibus, pauci ex Artilleristis desiderabantur, qui in templo nostro non lucrati sint Indulgentias.

» Die 18^a accepi a perillustri Vicario Generali (pro exercitu) Bullam impressam, quâ militibus omnibus copia fiebat vescendi in Quadragesimâ carnibus et ovis, feria 6^a et sabbato cujuslibet hebdomadæ; sed tota hebdomade Sanctâ exceptâ; item inchoandi tempus Confessionis, et Communionis Passchalis, a Dom. 1^o Quadragesimæ. Bullam legi pro Concione. Die 21^a Perillustris Dnus Mansfelt, Vicarius Generalis, renuntiatus est Decanus S. Gudulæ, Bruxellis. »

« Die 24^a P. Rosmer, ad negotia cujusdam... debuit ire Bruxellas. Ego adjunctus ei fui socius. Id proposueram ante R. P. Rectori, qui se occasione invigilaturum reposuerat. Multa confeci negotia cum R. P. Superiori Missionis Castrensis, Gulielmo Buvet.... promovi œconomiam Sacelli mei... et die 27^a curru Rdi P. Provincialis vecti redivimus. »

« Mense Martio, die 1^a Ludovicus Marimé, miles equestris turmæ filii Excell^{ti} Comitis Nassavii, et Margareta Momaert, se præsentarunt ad contrahendum matrimonium; quod Sacellum non haberent in turmâ. Eos misi Bruxellas ad Capellum majorem totius Equitatûs, Antonium Rodriguez, cum litteris meis commendatiis. Ille eos ad me remisit, cum responso in hæc verba: « Committo Rev. V^o dispensationem, » ut factâ ulteriori informatione, si opus fuerit, procedat ad supradictum matrimonium. » In quo et in similibus casibus Rev. tuæ vices meas committo; Deumque oro ut » R. tuam servet diu in columem. Hac die 1^a Martii, 1638. Antonius Rodriguez. » — Eodem die eos conjunxi matrimonio. »

« Dominicâ Reminiscere, 2^a Quadragesimæ, dissolutus est Liræ 3^{ra} probationis annus. Omnes Patres venerunt Mechliniam, ad R. P. Provincialem, qui omnes, duobus exceptis, curru suo curavit vehi Cortracum usque, per Flandriam dispergiantes. Ipse vero R. P. Provincialis Mechliniæ egit ad 10^{am} usque Martii. »

Die 10^a ad 14^{am} agit P. Sacellanus de ægrotis, de defunctis, de matrimoniis et sepulturis; item de difficultatibus ob inhumationem exortis.... inter defuncti viduam, et fossores S. Rumoldi... dein inter Capitulum et Franciscanos....

Die 14^a Dominica *Lætare*, Antverpiæ, inquit, renuntiatus est Provincialis R. P. Joannes de Tollenaere. »

« Die 22^a Martii, felici omni, Dnus Strada, Lieutenantius Generalis Artilleriæ, me invitavit ad peregrinationem ad B. V., recentis miraculorum famâ clarescentem in Duffel, (promenade militaire et pieuse en même tems). Totum fere bimestre ante, fama novorum miraculorum ibidem patratorum, et in Divam pietas, plurimos ex vicinis locis ad illum pagum exciverat.... Erectum primo exiguum Sacellum ex asseribus; latera et tectum ex tegulis confecta. Ara, sed profana, ad truncum arboris erecta, ita ut arbor medio in Altari staret; superius ramî duo, inter quos exigua erat imaguncula, argenteo papyro vestita, etc.... »

« Ut autem pia ista peregrinatio institueretur, sacellum artilleriæ (i. e. supellectilia sacelli ad Sacrum celebrandum) apparavi, et mecum contuli. Pietatis causâ P. Rosmer et P. Petrus Hardevuyst, adjungere se mihi voluerunt. P. Rosmer mihi primas cessit, ut aliquorum posset, si qui se offerrent, excipere confessiones. Totum iter confessum est pie, et legendo nunc Litanias, nunc Rosarium, nunc preces alias. Tota fere Artilleria comitabatur, cum civibus plurimis ad famam excitis. »

« Postquam deventum est ad locum, qui intra Sacelluli exigua septa parum capax videbatur, et parum commodus ad Sacrum coram omnibus decenter faciendum; disponere cœpi altare ad cancellos Sacelli; sed vento interpellante, et jubente Dno Strada, ac omnibus aliis requirentibus, in ipsa Arâ ad iconem B. V. omnia composui. Sacrum celebravi, deinde Communionem petentibus distribui.... » Liræ eodem tempore venerat Dnus Gubernator cum suâ familiâ, et P. Joly, et P. Janssens.

Successit mihi ad aram P. Rosmer; et eo celebrante, Sacerdos loci, in habitu sæculari me convenit, et rogavit: 1^o An Mechliniæ venirem? Respondi affirmative. 2^o An mihi manifestus esset istius loci status et conditio? Respondi negative; quod nunquam antehâc hunc locum videram. 3^o An scirem esse profanum omnino, nec aram consecratam? R. me id supposuisse; adeoque non fuisse me sollicitum priùs vel Ecclesiasticum Dominum, vel sæcularem adire, ut de his agerem. 4^o Edixit, non esse cuiuslibet in quolibet loco non consecrato, sed omnino profano, facere. — Id ipsum, libens et omnino, annui et confirmavi. 5^o Inscius quid urgeret; petiit sibi et suo officio pastorali id concedi, quod suum officium rogaret. Se, non mei arguendi causâ locutum, sed ne Religiosi alii consequentiam ducerent idem faciendi. — Respondi religiose, postquam intellexi eum esse Ecclesiasticum, quem negabat

habitus sacerdotalis : quod non quâ particularis persona, sed publica, et ut Capellanus major Artilleriæ, cum ipsa Artilleriâ, rogatu Officialium, facere coactus essem; adeoque nullam inde, nisi ab eâdem auctoritate et privilegio fruentibus, trahi posse consequentiam. Ad hæc acquievit D^{ns} Pastor.

Sed, ex consequenti patuit, quod ipse adornasset primum ibi Sacrum celebrare, proximâ die Annuntiationis B. V. 25^a Martii. Id quod fecerunt, et ad solemnitatem majorem, addita concio. Scilicet male habebat omnes, nec mirum, quod Artilleria lauream primi sacri collegisset. »

Hic pergit ad alia P. Jamblenne, et dicit die Palmarum, 28^a Martii, domi ad majorem aram palmas benedixisse.... quâ ratione suis armamentariis eas distribuerit.... post meridiem, se dixisse de Passione Dni ad confertam multitudinem.... etc.

« Sed interea die 30^a Martii, litteras monitorias, inquit, acceperat P. Rector a R. P. Provinciali, quibus hic indicabat : ad Rmum Episcopum Antverpiensem, (Gasparem Nemium) perlatum fuisse, me et P. Rosmer celebrasse Missam in Duffel, ad aram B. V. *contradicente et invito Pastore* loci; adeoque non parum offendit esse Rmum Episcopum. Jussus id quod erat edicere, scripsi hæc :

« *Peregrinationis, ad D. Virginam Duffellianam, ab Artilleriâ regiâ nuper institutæ Series.* »

« 1^o Dnus Jacobus Strada, Pro-generalis Artilleriæ regiæ, miraculorum famâ excitus, animum adjecit ad visitandam B. Virginem in Duffel. Suos armamentarios, ad eam pietatem suapte sponte jam pridem pronos invitavit; et mihi, pridie peregrinationis, indicavit, sibi et toti Artilleriæ gratissimum fore, si cum Sacello regio comitarer, ac ibidem Sacrum facerem. Alioquin, Capellatum aliud, jam ad id inductum, ex Nosocomio regio. Ego, eundi veniâ a R. P. Rectore impetrata, Sacellum regium, et omnia ad Sacrum Castrense necessaria, adornavi. »

» 2^o Die 22 Martii, ad 7^{am} matutinam, cum tota Artilleria motum, Mechliniâ. Toto itinere Litaniæ, Rosaria, aliæque precatio[n]es piæ a militibus decantatae. »

» 3^o Ad locum ut per ventum est, ex vicinâ domo mensam, construendo altari commodam, adferri curavi, facturus deforis, ad Sacelli B. V. cancellos, nisi ventus nimius interpellasset. »

» 4^o Vento perdurante, jussit D. Strada : sacello omnes excederent et locum Sacrificio offerendo darent, illudque paramentis regiis aptari curavit. »

» 5^o Loco, rebusque omnibus ad Sacrum decenter compositis, nullo hactenùs mortalium quidquam movente, longe minùs contradicente, accinxi me ad Sacrum et celebravi. »

» 6^o Successit immediate P. Rosmer, cuius Sacro fere finito, cum a recollectione e sacelli angustiis prodirem, convenit me socius R. Dni Pastoris loci; sed, quia in habitu sacerdotali, mihi qua talis omnino ignotus. Immo, prima fronte putavi eum esse Secretarium quempiam; et is, antequam sese patefaceret, multa me rogavit : »

» An Mechlinia venissem, cum militibus istis? Respondi affirmative.

» An perspectum haberem loci illius statum et qualitatem? Respondi negative, qui nunquam antehâc hunc locum vidi sem. »

» An constaret mihi profanam omnino aram esse, et sacellum? Respondi me id quidem supposuisse, et ideo me parum sollicitum fuisse, priusquam celebrarem adire Dominum loci Ecclesiasticum: me consecratum lapidem, et cetera necessaria, more castrensi, ad Sacrum faciendum contulisse. »

« Addidit, non esse cuiuslibet in quolibet loco profano facere. Respondi omnino id verissimum esse. Sed, rogatu Artilleriae regiae, cuius Sacellanus major sum, a meis Superioribus constitutus, huc venisse; — me privilegio uti Capellanorum regiorum qui, ubicumque locorum commoditas exigit, locum quem possunt decentissimum, faciendo Sacro, conquerere solent et debent; et Sacellulum hoc D. Virginis, omnium hic judicio, aliis vicinis domibus, aut campis patulis longe praestare. Nec me Sacellum arcis vicinæ adivisse, quod Armamentarii vix aliis militibus familiariter uti soleant. »

« Tum aperuit: se Rev. Dni Pastoris loci socium esse. — Cui ego reposui, dolere plurimum, quod, ante Sacrum, monitus non fuisse Rev^{ds} Dominis id non fore gratum; ne tum quidem, ullo modo, facturum fuisse. Sed, serius id agi. »

« Edixit tandem: se consequentias aliorum Religiosorum et Sacerdotum metuere, non vero factum meum improbare. — Subjeci, non videri consequentias deduci posse; cum id ego fecerim rogatu totius Artilleriae, cui id ex officio debo. »

« Ad haec acquiescere visus est Rev. Dominus. Et ego, post lectas litanias, cum meis eadem pietate, quâ in itu, domum usque redivi. »

Henricus Jamblenne.

Hanc *rerum Seriem* misit R. P. Rector ad R. P. Provinciam, Antverpiam.

Pergit Sacellanus suum Diarium conscribere; mensis Aprilis die prima, in Cœna Dni, narrat: Dnum Strada, Pro-generalem, confessum et S. Communione domi refectum sub Sacro, quod ipse celebravit horâ 9^a, armamentariis ad id invitatis, etc.

« Die autem 2^a Aprilis, inquit, R. P. Rector exposuit mihi responsum Rev. Patris Provincialis ad *Seriem peregrinationis*... quo indicabat: sibi gratam fuisse relationem totam; sibi aliunde factum satis: habere se quod Rmo Præsuli respondeat, si qui plura opponerent. Salutem se mihi nominatim dicere... et ad alias labores animare. »

Deinde subjungit (nam ne fastidio sim lectori, summatum refero:) cum jam pararentur Æstiva, mense Aprili et Maio, a 6 Aprilis hinc et inde movere coepisse totum fere Equitatum regium, duce Comite Nassavio... et quinque cohortes Hispanorum, partim Venlonam discessisse, partim Ruremundam... trecentos Anglos de Mechlinensi Præsidio Gravelingam... alios in partes Luxemburgicas... alios in Flandriam... se autem et Artilleriam, Huum, Andennam, Namurcum, ut præstolarentur Piccolominium, ab Aquisgrano cum Imperialibus copiis, adventantem... Remeantes inde per Hayne S. Petri, Mariemont, S. Pauli, Bois-Seigneur-Isaac, Bruxellis missos fuisse in Calloo, a Batavis interceptam; et pervenisse die 21 Junii, in Festo S. Aloysii.... strato ponte, in Wahlem... Inde missa fuisse noctu duo mortaria, 4 tormenta, Antverpiam... sed, inquit, « Deo ita disponente, ipsâ hâc nocte relatum est: (id quod » suprà, pagina 2^a insertum), hostem fuisse expulsum ex Calloo, a tribus partibus » unanimiter impotentibus: Italos ex Verrebroeck sub Don Adrea de Cantelmo, » Hispanos ex S. Mariæ, sub Comite Fonteclaro, Germanos ex Beveren, sub Marchione » de Lede »... Proin revectis tunc copiis, Mechliniam, cum annonâ; inde continuo magnis itineribus promovere contenderunt Audomarum versùs...; quam expeditiōnem suo loco, paginâ 6^a, sub 24 Junii, commemoravimus (1).

(1) Jam lector animadvertere ex his paucis potuit, Missionarios Castrenses non raro succubuisse laboribus; Iisdem non admodum diu restitit P. Henricus Jamblenne. Obiit enim anno 1640, die 9^a Maii, cum se pararet ad expeditiones æstivas. Ultima tum Diarii verba scribens (21^a Aprilis), ante discessum ad castra æstiva, dicebat: « Coepit fuisse tormenta bellica in foro Mechlinensi de more collocari. » — Vir ille, priusquam in Societatem erat admissus, famuli gerebat officia in Collegio nostro Lovaniensi, et simul erat auditor philosophiae in paedagogia Falconis.

Et nunc, Lector dilectissime, transeundum est ad magis seria; ad res tristes et ærumnarum plenas, quales, utinam, Historicus nunquam haberet consignandas! Illas nobis assert Trajectum ad Mosam.

TRAJECTI
AD MOSAM.

Ann. XI^{ti} 1632. Ut autem quæ describenda sunt clariùs percipientur, magni interest antecedentia cognoscere, ab anno 1632, quo urbs illa munitissima, post trium mensium obsidionem, transiit in potestatem Ordinum Fœderatorum (1). Obsidionis tempore, PP. Collegii Societatis Jesu, quantum poterant, adjuvarunt cives consilio, et salutari exhortatione; milites eleemosynis et Sacramentis Ecclesiæ. (*Vide Appendicem X.*)

Id forte fuit apud novos Dominos odii et diffidentiae fomes; verumtamen Patres Jesuitæ, post urbis expugnationem, haud minus milites Hollandos, et cujuscumque nationis miseros, saucios, ægrotos, ut religiosa Charitas exigit, adjuvabant; usque adeo ut diserte legatur « Fredericum Henricum, Arausii Principem, ceterosque militiæ » Duces suam Patribus nostris exhibuisse benevolentiam », humaniores, scilicet, in hâc re quam Domini Ordinum Fœderatorum, a quibus, et exercitus et ipsa Respublica pendebant.

Capitulationem ipsâ die 22 Augusti 1632 concessit, et suâ manu signavit idem Princeps Fredericus Henricus. (*Vide Appendicem XI.*)

In ea nulla sit mentio cuiusvis juramenti ab Ecclesiasticis viris exigendi etc. Ipso tamen eo anno, et mense quidem sequenti, juramentum istiusmodi fuit jam ab Ecclesiasticis ac Religiosis expetitum, ut patet ex reclamatione, seu Epistolâ, Principis Episcopi Leodiensis, Electoris Coloniensis. (*Vide Appendicem XII, cum responsis ad illam.*)

In istius Epistolæ paragraphis VIII et X, jam movetur quæstio, de aliquâ Urbis proditione, nescio a quibus Trajectensibus intentata; imo, dicitur jam tunc exclusos urbe fuisse PP. Franciscanos, et Societatis, etc. De quibus nihil mihi constet, quum non existat Historia Trajectensis urbis, nec reperiam quidquam in Archivis; et proin hâc de re, antequam in completo nostro Opere ad hunc annum deveniatur, erit informandum.

Ann. XI^{ti} 1635. Iterum, anno 1635, actum fuit de jurejurando ab Ecclesiasticis præstanto, ut patet ex chartis quas reperi, et ex discussionibus ad illam rem pertinentibus. (*Vide Appendicem XIII de juramento.*) Quam ob causam amotum, aut dilatum, fuerit miserum illud concordiæ remedium, plane cogor ignorare; sed, id certum est : mansisse Patres Trajecti, perrexisse scholas utcumque.

Ann. XI^{ti} 1636. Anno subsequenti, unus e Patribus Godefridus Wandelman, ob nimiam vehementiam, ut aiebant, in concionando, proscriptus urbe fuit. (*Vide Append. XIV.*)

Hæc omnia, cum adnexis documentis, licet anteriora sint anno de quo agimus trigesimo octavo, judicavi hic utiliter collocanda, quum lumen adferant, immo videantur necessaria lecturo longam *Narrationem* subsequentem, quam ad litteram meâ manu descripti, in Archivo Regni Belgici, (*Prov. Flandro-Belgicae, No 26.*)

(1) Pauca de hac obsidione legi possunt in postremo volumine Historiæ S. J. a P. Cordara conscripto, ad hunc annum, qui ultimus est quem pertractat.

NARRATIO eorum quæ, jam inde ab ineunte fere anno 1638, post detectam certam quamdam URBI TRAJECTENSI INTERCIPENDÆ MACHINATIONEM, Collegio Societatis Jesu acciderunt; ut sunt Patrum incarceratio, tortura, mors, exilium, et alia deinde consecuta mala.

ÆSTATE media anni 1637 Princeps Ferdinandus, Belgii pro fratre Rege gubernator, ^{Prævia notio} feliciter, dum arma Batavica in obsidione Bredanâ distinebantur, recuperaverat Venlonam et Ruræmundam; victoremque exercitum Trajecto, cui tum tenuiter a milite prospectum, admovisset, imo et intulisset, nisi eum Galli validis copiis in Hannoniam irruentes inde evocassent. Ejus in deliberationibus, Hannoniæ periculum prævaluit; atque in istius Provinciæ subsidium credebatur Princeps, deserto Trajecto, libentiùs consensisse, quòd speraret minori damno, majorique compendio Trajектensem urbem *alia expeditione*, quam parari sciebat, suo tempore recuperandam.

Hanc expeditionem, jam pluribus mensibus, machinabatur et instruebat Dnus Mazierius (de Maisières), fortalitii ad Newagne gubernator, frater illius qui tunc Bredam contra Hollandos propugnabat (1). Locum, militi in urbem immittendo loci, et delegerat commodissimum, non longe a portâ, quâ ad Mosam exitur, cuique, a templo B. M. Virginis, plane vicino, nomen.

Juxta hanc, quidam cerevisiæ coctor, Joannes Lansman, domum suam habebat, cuius hortus, imo et ipsa braxatoria contigua erat muro, secus Mosam longo inter-
vallo ad tutelam urbis constructo. Murus ille, nondum erat terris aggestis munitus, et ab ædibus civium separatus, ut nunc cernitur, sed tantùm ex molliori lapide, per continuos fornices arcuatim ductos, ædificatus; unde, facili et brevi operâ aperiri poterat, et sic, aditus fieri militibus in hortum et domum prædicti Braxatoris admittendis.

Atque, ut amplior his excipiendis foret locus, actum fuerat, cum Sacellano quodam B. Virginis, de inhabitandis ædibus contiguis. Ex hoc loco, dum aliis locis duobus, nempe ultra Mosam ad propugnaculum Wyckanum, et ad portam Bruxellensem, simulatis assultibus turbatio fieret, evadere dehebat miles Hispanus, et statim invadere portam B. Virginis vicinam, unàque occupare cœmeterium; quod, quia inter tempora ejusdem Virginis et S. Nicolai situm erat, idoneum et tutum satis præbuisset ingressuris receptaculum, et quasi firmam armorum sedem.

Loci totius opportunitatem, ubi res illa erupit in vulgus, comprobabant omnes; non item machinationis totius administruum, vel potius proditionis caput, Joannem Lansman, hominem de plebe, ingenio minus industrium, et saltem, ad similia peragenda, parum idoneum.

Is, consilium suum omne communicarat P. Servatio Vinck, Ex-Guardiano Minoritarum Trajectensium, tunc temporis in eoruindem templo concionatori. Socios et adjutores habebat militem quemdam ex Præsidio, natione Burgundum, cuius uxor litteris ultro citroque deferendis inserviebat. Ad hæc, urbis muro perfringendo conducti erant latomi duo.

(1) *Newagne*, Novaigne, au fort d'Elve, entre Viset et Maestricht. (Annuaire de la Prov. de Limbourg). Elf of Nouwegne, waer de vloed Berwine, komende van Dalem, zich in de Maes stort. (Blaeu).

Ut autem paulatim oīnia ordine ad rem feliciter conficiendam instruerentur, visum fuit Regiis (Hispanorum) Præfectis, ut sub hyemem copiæ nonnullæ ad vicina loca submitterentur. In hunc finem Herviam, vicum Ducatus Limburgensis insignem, tamquam ad hyberna advenerant Legiones duæ pedestres, eæque præstantes, sub chilarchis Brion et Rouveroy, et speciatim vulgabatur has mitti ut invigilarent Gallis, qui illâ tempestate militem Trajecti et in vicinia conscribebant sat copiosum, ducendum a Vice-Comite de Turenne, fratre Ducis Bullonii Trajectum gubernantis. Ad hæc, subinde etiam aliis locis limitaneis Brabantæ et Geldriæ, disponebantur milites. Sat lente res tota adornabatur, ita ut ex morâ illâ paulatim alii super aliis rumores nascerentur; et sic fama nescio cuius expeditionis per omnium ora vulgaretur.

Golstein
re intellectâ,

Inde arrectus, et ad omnia intentus Golstenius, urbi pro Bullonio Duce, tunc Sedani absente, Præfectus, incidit in hominem a quo seriem totius machinationis intellexit. Is erat quidam ex civibus, Theodorus Sluessel nomine, armifex opificio, sororius Joannis Lansman, qui eidem ex fraternâ quâdam confidentiâ omnia arcana aperuerat. Ille autem ex imprudentiâ uxori, atque hæc matri; quæ mulieres sibi suisque male metuentes, miserum hominem minitando coegerunt singula Golstenio indicare, uti et postea fecit, priùs ab eodem impetratâ impunitate. — Hic (Theodorus, seriùs), ubi vidit calamitatem inde subsecutam, et Nostros PP. præsertim, quos innocentes affirmabat, in crimen et poenam trahi, mœrore contabuit, paucis post eorum morte in septimanis extinctus.

incarcerat

Golstenius, jam omnium conscious scientiam dissimulat; ut interim machinationes Hispanorum exploret, simulque aucupetur an alios aliquos, præter sibi ab indice delatos, possit deprehendere, pluresque cives malo quod præ manibus erat, intricare. Cum autem res jam matura esset, imo et sub initium Quadragesimæ videretur tentanda; non ulterius ducendam ratus, priùs excubatoribus monitis, ne quem civem urbe in posterum exire permitterent, principium incarcerandorum facit a milite illo Burgundo, cui nomen Claudius de la Court, quem postridie Cinerum, 17^a scilicet Februarii 1638, jussit duci. Vulgabatur inter cives, eum solito pecuniosorem visum, et profusiorem in lusum; suspectum merito haberi hominem, hoste jam in viciniâ multa moliente: nam, jam tum, dicebatur advehi Diesthemium et Thenas, ad expeditionem aliquam, apparatus instrumentorum.

Lansman, et

Inde, 20^a ejusdem mensis, capitur Joannes Lansman, tanquam accusatus a milite. Hic, primo congressu aperit omnes complices, etiam ipsum Confessarium suum, P. Servatium Vinck, olim PP. Franciscanorum Guardianum, et tunc temporis pro Quadragesimâ in templo Ordinis sui ecclesiasten. Hunc, citra strepitum, 23^a proxime sequenti, Golstenius ipse, per modum visitantis, mane post Concionem amice convenit; ac tandem post varios hinc inde habitos inter se sermones, domum suam, nescio quo prætextu, perhumaniter invitavit, quò et eum bonus Pater illico subsecutus est; ac deinde retentus, sub noctem remisso ad monasterium socio.

In carcerem simul proximis diebus conjecti erant Agnes Bourcen, uxor militis Burgundi, et Leonardus Caters, unus ex latomis conductis ad murum urbis perfringendum. Alter, cui nomen erat Joannes Rompen, tempori sese subduxerat, dextre delusis ad portam excubatoribus, quibus imposuerat, sibi ad lapicidinas in proximum S. Petri vicum excurrendum esse; et facile id illis persuasit, cum quotidie eum in ædibus Golstenii familiariter versari, et hoc tempore in iisdem ædificare scirent.

Terror in
urbe,

Interim, tam foris quam domi, varii super his sermones; et cum per totam urbem magnus esset terror, apud Nostros insignis erat securitas, cum Joannes ille Lansman, proditionis caput, apud nos, nec in templo, nec ad portam solitus esset conversari, nulli fere ex domesticis notus. Magister unus tantum videbatur meminisse, ab ipso semel

non apud PP.
Collegii,

sibi commendatum filium. P. Rector saepius Nostros super hoc rogarat, pluribusque in urbe dicebat sese vel ex hoc maximopere gaudere, quod proditor ille nobis omnibus esset ignotus, et a se nunquam visus. Apud hæreticos interim varia in nos paulatim spargebantur; et Hagæ quidem jubebatur inquiri, « in eos, qui pro more omnium agendorum essent consciæ et participes. »

Res sane ardua Golstenio videri poterat aliquem Nostrum huic intricare negotio, ut qui ex relatione factâ a Theodoro Sluessel, Lansmanni sororio, jam pridem omnes et singulos noverat complices, quique plene erat informatus de cunctis universæ machinationis circumstantijs. Poterat etiam facile judicare, a Lansmanno Nostros, si quis eorum criminis particeps fuisset, minime celandos fuisse, ut qui omnes et singulos statim nullâ quæstione severiori adhibitâ, prodiderat, ne quidem Patre Vinck, confessario suo, cui singulariter obstrictus erat, præterito. Quia immo ipse Lansman expresse super his rogatus, præsertim: an cuipiam Ecclesiasticorum, præterquam Patri Vinck, proditionem aperuisset? diserte respondit: Non. — Articulum ipsum hujus declarationis, rite expressum, legit postea ipse Dux Bullonius in autographo criminalis Processus, eumdemque ostendit ipsis Commissariis Statuum, Dominis Arnheim et Schonburgh, anno 1639 Trajectum missis (1). Liturâ quidem aliquâ prædictus articulus inductus erat, sed nou ita tamen quin recte legi posset. — Immo, P. Gulielmus Goetgebuer, qui tum Hagæ versabatur, habuit paulo post ex Actis Legato Galliæ ostensis, Lansmannum speciatim rogatum super Jesuitis, in sua *prima* declaratione negasse ullum eorum esse consciū, immo sese unquam cum illis egisse. Addidit (postea): sese prioribus suis declarationibus aperuisse, quos sciret aut consciōs, aut complices; induci non posse ut innocentes accuset. Auditus etiam fuit ab aliquot civibus exclamare in tortura: Quid me urgetis? Jesuitæ non sunt consciæ, nihil omnino sciunt.

His tamen non acquiescebat Golstenius, qui rem præclararam, et Dominis suis gratisimam facturum se sperabat, si Jesuitas huic difficultati intricaret. implicare
conantur,

Instrumentum se, ad banc rem adornandam, et perficiendam obtulit quidam Hofmeyer nomine, quondam a Secretis Dno Comiti de la Motterie, dum Trajecti pro Rege præerat, postea ad officium signiferi in militâ regiâ promotus, et inde ab eâdem ad Hollandos profugus. Accusatus quippe de proditione, quâ intenderat arcem Leopol-diam in limite Brabantico sitam hosti tradere; et quidem sceleris convictus ad suppli-cium, comite et instructore nostro P. Bocquet, qui ei jam crucifixum in manus tradi-derat, ducendus erat, nisi nescio qua ratione carcerem evasisset. Is ad Trajectenses profugus, hic sese, homo vitæ perditæ et in speciem catholicus, socium junxit et administrum teterimi in nos facinoris. Is, professus se hostem Jesuitarum, quos auctores sui infortunii asserebat, Lansmannum suscitavit, et subornavit ad accusationem Patrum, persuasitque hoc unicum ipsi superesse servandæ vitæ medium: excusandam ipsius simplicitatem et facilitatem, quâ se permiserit induci ab hominibus versutis ad scelus suspiciendum. — Præter opinionem communem, etiam peritorum, plura rei hujus confirmandæ suppetunt argumenta: quorum primum est, quod iste Hofmeyer apud Lansmannum assiduus fuerit, et totam accusationem quæ contra Patres nostros fabricata est, manu suâ *ipse* conscripserit; cum tamen Lansman suâ scripserit, omnia et singula, quæ de Patre Vinck, Minoritâ, atque de aliis depositum. — Deinde: antequam P. Pasman in conclave Golsteinii induceretur cum Lansmanno conferendus, a nutrice domesticâ auditus est Hofmeyer hunc excitare et roborare in hæc verba: Macte animo!

(1) Nuncupari solebant: *Commissarissen Deciseurs van de hooggmogende Heeren Staeten generael der Vereenichde Nederlanden.*

intrepide dico Jesuitas esse consios. Idem ferme, aliâ opportunitate, audivit uxor sergeantis cujusdam. Non absimile est testimonium ejus, qui præfectus erat curiæ civicæ, quæ vulgo dicitur de Landsroon; hic enim cum uxore (ambo erant catholici) affirmarunt, a se audita fuisse Hofmeyeri verba Lansmannum confirmantis, dum duceretur: « Confidenter et libere dico P. Rectorem esse conscientum. » Reponebat ille: « Qui fieri poterit ut hæc dicam! non conveni hominem. — Eia! dicebat Hofmeyer: nobis omnino, et pro certo constat Rectorem esse conscientum; proin, nihil dices nisi ipsissimam veritatem. » — Repugnabat Lansman dicendo: « Hoc contra meam conscientiam est. » Tum alter: « Relinquito hoc totum conscientiæ nostræ. »

Cum postea idem Hofmeyer aliquando Lansmannum in carcere viseret, auditus est hic dicere: « Eja, Hofmeyer, spero fore ut Dnus Golstein stet verbo suo. » Id omnino futurum affirmanti, reponebat ille: « Tibi dabo (ut vernacule dicitur) pileum 100 pataconum, et « Dno Golstenio aliquot centenas mensuras avenæ in pabulum equoruim. »

Ultimum est, quod retulit duobus civibus Secretarius ipse Golsteinii, juvenis indolis probæ et vitæ sat honestæ: a se visos semel, herum suum et Hofmeye- rum, inter se in cubiculo deambulantes; et herum quidem suum plane meditabun- dum et perplexum, quem Hofmeyer blande circum humeros palpabat. Dum autem curiosius ad fenestram aures applicat Secretarius, audit hæc hujus verba: « Eja, Domine, noli timere; securus esto: ego » efficiam, ut Lansman quævis de Jesuitis fateatur. »

Ab hoc ergo homine hic instructus, et impunitatis illecebrâ delinitus, incepit accu- sare P. Rectorem, P. Gerardum Pasman, et *socium*, prout libebat designare. Summus hinc quasi de summâ rei confectæ triumphus. Magnus exinde, ad deprehendendos et capiendos Jesuitas fit apparatus.

*et ob sessio
collegio,*

Die 16^a Martii, sub meridiem, nostris omnibus plane securis, et omniū quæ agerentur ignaris, cingitur undique ab armato milite Collegium; omnes circum circa plateæ variis stationibus obsidentur, neque ulli civium per eas transitus permittitur; adeo ut aliquis, ex præcipuis ædibus suis egressus, ad easdem compulsus fuerit remeare. Sonante jam hora diei 12^a, vehementori pulsu sonat nola, ad portam, quâ per Fratrem nostrum Nottyn apertâ, subito impetu irrumpit Præfector vigilum, comi- tatus capitaneo uno, signifero uno, et 30 circiter sclopetaiis, qui omnes turmatim ingressi nostros deprehenderunt in mensâ, dum martyrologium legeretur.

Statim a sociis separatus fuit P. Rector, deductusque, cum aliis quinque, ad proximum Refectorio cubiculum, ubi, P. Minister apud ægrotum versabatur.

Reliqui tres Patres, inter quos P. Pasman, relictæ fuere in eodem Refectorio, cum uno ex Magistris. Quatuor Fratres, qui in coquendâ cerevisiâ eo die cœperant laborare, in officinâ suâ detenti fuerant.

Omnibus arctissima militum custodia est adhibita, neque ulli ex locis ubi asserva- batur, permittebatur egressus, nequidem ad naturæ necessitatem; nunquam saltem, nisi comitante et inspectante milite, dum vigilibus præerat capitaneus Schimmel- penninck, homo acerbe et absurde hæreticus, olim Principi Auriaco, jussu Ducis Albani in Hispaniam abducto, ephebus. Is, ad scominata inepta et spurcitiæ apprime factus et instructus, sordibus suis nostras aures lacesebat continuo et lassabat.

Mutatis sub noctem custodibus, et alio substituto Præfecto, cognomine Ver- schueren, mitius et honestius actum est. Huic minùs arridebat hæc tragœdia, sive modus agendi in eos, quos non poterat judicare noxæ affines, immo, post paucos dies jussit per internuncium: bono animo esse P. Ministrum, et securum; nihil sese periculi Nostris advertere, sperare ipsis brevi libertatem. — Mansimus itaque, modo supradicto, omnes et singuli suis locis conclusi diem cum dimidio, expositi oculis et

auribus officialium militumque, dicta, gestus, motus et actiones sedulo observantium, præsertim P. Rectoris; quem cum P. Minister, tribus circiter horis antequam abduceretur, nimis cogitabundum et subtristem notaret, suaviter monuit, ne hominibus maligne omnia interpretantibus male de se suspicandi occasionem præberet. At ille negavit, animo suo quid mali esse, aut formam meditabundi posse aut debere displicere; sese tantummodo intentum fuisse accurate expendendis actionibus suis, et totâ conversatione hactenus habitâ cum hominibus istis, neque posse quidquam deprehendere in quo offenderit; satis tamen apparere aliquid mali in nos parari; ac sibi præcipue, tanquam reliquorum Superiori magis timendum: proinde sese velle ad securitatem animæ suæ præmittere Confessionem. (1) Quâ peractâ, cum fervore spiritûs subjunxit in hunc fere sensum: « In omnem eventum, si quid mihi forte post contingat, ad consolationem et securitatem omnium edico, et sanctissime affirmo Rev^r V^m, cui loquor ut Vicario Domini et Judicis mei, et ut volo loqui sistendus coram ejusdem Tribunal: me neque novisse Joannem Lansman, neque unquam ei locutum fuisse, neque proditionis esse concium, neque quidquam circa hanc directe aut indirecte egisse. »

Omnibus tandem avide exspectantibus successum hujus tam severæ detentionis, die 17^a martii, sub 10^{am} vespertinam supervenit Auditor militaris, comitatus Præfectis quibusdam, cum mandato Consilii bellici (krijgs-raad), vi cuius, e Collegio primum abduxit P. Rectorem, deinde P. Gerardum Pasman, et Fratrem Coadjutorem Stephanum de Neef in braxatoriâ etiamnum occupatum. Collocati sunt in domo mortuariâ ex-Consulis Suetendael, paulo ante defuncti, adhibitis tam in, quam ad singulorum cubicula excubitoribus, qui simul attente observarent eorum facta et dicta, eaque ad Golstenium referrent in dies singulos.

Post captivos abductos, reversus ad Collegium Auditor cum sociis, prælegit superstibus Decretum Consilii bellici de non efferendo pede ex Civitate, imo nequidem e domo nostra; negatâ etiam, quæ rogabatur, facultate obsonatori egrediendi ad coëmenda necessaria. In hunc finem coacti sumus singuli fidem nostram, et bona Collegii obligare, pro omnibus, et omnes pro singulis; frustra negantes cuiquam Nostrum esse potestatem, sine Superiorum consensu alienjus, vel minimæ obligationis præstandæ. Sed, cedendum erat iis quorum voluntati nos et nostra videbamus exposta. Minabatur præterea, custodiam turbæ militaris semper in Collegio permansuram, nisi consentiretur in sponzionem imperatam. Interdictus est deinde usus Scholarum, et templi, vulgatumque per Civitatem fuit: illis invigilandum qui ad nos adirent. Et idipsum, quo præcaveremus, post ab Auditore est indicatum P. Ministro.

Sic mansimus seclusi ab omni hominum consortio, consilio et auxilio, suspensi exspectatione eorum, quæ Captivis, et nobis reliquis essent eventura; — cum, ecce, post paucos dies intelligimus Patrem Pasman, dixisse, sibi aliquot ante septimanas e S. Nicolai templo post explicatam Catechesin egredienti, occurrisse virum quemdam, quem post putaret esse Lansmannum, qui rogaret: Ecquando ab his hominibus civitas liberanda esset? cui responderit: Id sese ignorare. Futurum, ubi Deo placuerit! Et contra reposuisse alterum: se, id brevi sperare. Bonus vir, nescio quo timore percussus, et suspecta habens minima, induit se ad laqueum et tricas, nescius cum quibus hominibus sibi res esset. Ex mera simplicitate et candore hæc dixit, dum putat, aut sperat hoc conducere ad ostendendam suam innocentiam. — Id statim

P. Rectorem
abducunt,
cum

P. Gerardo
Pasman, et
Fr. de Neef.

Templo
et scholis
reclusis,

(1) Nonne appetit hanc narrationem ab ipso P. Ministro fieri? — Is erat Ægidius Goetgebuer, Gandavensis; non confundendus cum Gulielmo Goetgebuer, Cortraceno, tunc Hagæ versanti, ubi erat Scriptor historiæ, et Superioris Missionum Hollandicarum Consultor.

officiales illum observantes ad Golstenium retulerant. Videntur insuper addidisse id, quod ab ipso non ita fuerat dictum, aut saltem non ita intellectum, nempe : quod ei tunc visus sit civis ille loqui, de quādam expeditione; cuius jam non satis jam meminerit, cum tunc dicta ejus non conciperet, vel ad ea non reflecteret. Plura adhuc, hinc inde vulgabantur, quæ nos in dubio relinquebant, et simul anxie sollicitos.

omnes

ad Processū
instructionem
abducti.

Tandem post aliquot dierum luctam, nocte scilicet inter Sabbatum et Dominicam Palmarum intermediā, licuit nobis nonnulla eorum et videre, et audire. Sabbato, circa undecimam nocturnam Præfectus vigilum, comitatus sclopetaiis ad 30, pulsatā fortiter nola Collegii, jussit omnes omnino statim ad portam adesse, vix excusato uno Magistro ex febri decumbente, quem etiam volebat lecto surgere, immo tantum non extrahere. Numeratos tandem reliquos domo eduxit stipatos, a tergo et a latere militum turmā comitante. Progrediebamur, nescii an extra urbem in exilium, an ad carceres, an ad torturam. Memineramus sanctissimi illius temporis, quo Dominus Jesus ludibrium perfidorum factus, variis viis ad iniquissimos judices deductus fuit. Hujus exemplo solabamur nos. Tandem, post transitum aliquot platearum, vidi mus nos adesse in atrio domū Golsteinii.

Post modicam moram deducti sumus omnes in aulam lugubri panno vestitam; (uxor enim Golstenii defuncta erat a bimestri). Ad mensam ibi grandorem ipse, tanquam præses assidebat, cum sex Commissariis sanguinarii istius Concilii, qui omnes erant homines militares. Ingredientibus nobis, ad lævam apparebat P. Pasman collocatus in sede coriaciā. E regione ostii, ad caminum, sedebat noster Stephanus de Neef, juxta Joannem Lansman, quem tunc primū, cum nomine proprio appellaretur et juberetur surgere ad dicendum, et videre et nosse licuit; antea nulli fere visum.

Causa autem evocationis nostræ erat ut, singulis recte lustratis atque examinatis, deprehenderetur socius, qui Patri Pasman adfuisset, dum ipsi a Lansmanno, ut præferebatur, declarata fuerat proditio : socium enim se fuisse Stephanus confidenter et constanter negabat.

Jussus ergo Lansman assurgere, et narrare Patrum nostrorum accusationem, clare edixit « sese ex commissione Dⁿⁱ Mazierii, Gubernatoris in fortalito ad Newagne, expeditionem hanc manifestasse P. Rectori, a quo fuerit coactus, manu codici Evangeliorum impositā, juratus promittere fidelitatem et silentium, adeo ut nunquam sit permissurus sibi, etiam vel torquentis extorqueri veritatem, si animum salvam velit ; deinde eamdem (expeditionem) Patri Pasman ad portam Collegii, astante ipsi Socio, quem appellabat Stephanum, indicasse. Socium nominare sciebat, hominem tamen nosse, nec designare poterat. Propterea exhibitis ad singulorum vultum candelis, lustrati fuitus omnes, et quidem frustra ; cum enim diu quasi dubius hæsisset, dixit tandem : vel Stephanum esse, vel Patrem Callant. Id sese non ita præcise meminisse, aut eos distincte nosse ; hoc se scire, quod in S. Nicolai ad populum solitus fuerit dicere. » — Et sane, Patrem Callant, ut ordinarium suæ parochiæ quæ erat S. Nicolai, concionatorem, et quem sæpius audierat, nosse poterat. Incidit mere fortuito, et quasi sine delectu, in hunc Patrem, quia proximus Stephano adstabat ; neque enim, dum lustrabamur, oculos per aulam circumferebat, singulosve, quod forte non audebat, circumspicerat ; uti domum reduces omnes unanimiter dicebamus. Interim dum ita cespitaret, suggestum fuit iterum iterumque nomen Fratris nostri Nottyn ; proinde, rogatus fuit a Golstenio Lansmannus : an ipsum aut nosset, aut quidquam supra suā proditione significasset ? et diserte respondit : neque sibi eum esse notum, neque aliquid a se ei dictum. Lustratis itaque omnibus et singulis, socium Patri Pasman neminem potuit designare ; persistebat tamen dicendo : « a se proditionem dicto Patri declaratam, et quidem ad portam Collegii præsente socio. »

Hic, P. Minister aggressus hominem, rogavit : Quo præcise loco hæc ad portam acta essent? an in atrio primo, ad quod feminæ admittuntur? Affirmanti Lansmanno, reposuit : non esse moris nostri, ut Patres unà cum Socio comitati eò veniant; socios tantum adhiberi egredientibus foras ad negotia. Peregrinum etiam videbatur, loco omnibus ingredientibus et egredientibus exposito, tractari negotia tam ardua, tantique momenti, et quæ maxime arcana oportebat esse. — Non poterat etiam cadere in P. Rectorem, virum alias prudentissimum, ista nota, aut culpa, quod hominem anteā a se nunquam visum admitteret, statim ei in illâ re tam periculosâ fidem haberet, solemini ritu juramentum exigeret, libro Sacro in hunc finem allato, et quidem ad atrium et portam interiorem, ad quam, per tres quatuorve aditus, esset continuus tum domesticorum, tum externorum transitus. — Hæc et plura P. Ministro paranti, et jam quædam objicienti, Golstenius severiori voce silentium imposuit, addendo : nos non esse vocatos ad arguendum, aut disputandum.

Liquebat satis Judices illos subterfugere indagationem veritatis; et signanter tunc animadversum, in omni accusatione observatam fuisse a Lansmanno certam formam verborum, quam credebamus ipsi ante dictatam; semper enim dictis ejus hæc verba subjungebant : ita est! scriptis consignata sunt; sic habemus distincte singula. — Accurate præcavebant ne Lansman in dicendo, præsertim si contingeret eum ad circumstantias rei devenire, erraret vel per excessum, vel per defectum; ita verbis ejus intendebant. Videre etiam erat, illos instar ferarum inhibare prædæ; adeo urgebant et instabant, vociferabantur, animabant, confirmabantque scelestum hominem. Clamabant sese ad fidem faciendam habere vel quinque criminis testes; sibi omnino constare Jesuitas esse complices. — At ubi testes isti quinque, præter unum Lansmannum, accusatorem? Omnes Socii, et Minorita, et miles et uxor ejus, et latomus, qui omnes inter se norant, negarant nobis quidquam indicatum fuisse. An hos dicemus Judices, an potius accusatores? Postea etiam futuri sunt miserorum tortores.

Interim P. Pasman nobis adhuc præsentibus, ac proin audientibus, Deum Sanctosque omnes testatus, clarâ voce affirmavit sese Lansmannum nec vidisse, nec novisse, neque unquam cum illo egisse; immo etiam errasse in eo, quod pridem ante dixerat, nempe : Lansmannum fuisse civem illum, qui sibi e S. Nicolai templo egredienti occurserit, ante aliquot hebdomadas; se falsâ apprehensione fuisse deceptum.

Tandem, post multam inquisitionem, frustra quæsito revelatae proditionis socio, omnes ad Collegium remissi, ad templum adivimus gratias Deo Servatori acturi, ejusque protectionem imploraturi; sub quæ, non diu licuit esse securis. Sequenti eviū nocte, iterum per Præfectum vigilum militibus comitatum, jubentur Nostri strato surgere, ac ad portam Collegii omnes adesse; et repente, statim ut comparuit Fr. Nottyn, a militibus abripitur, et a nobis abducitur. Consternatis reliquis, atque exspectatione ulterioris mali suspensis, tandem post nonnullam moram, per militem remissum indicatur, licere omnibus ad quietem recedere. Non tamen id fecerunt, nisi prius lectis Litaniis, coram venerabili Sacramento, pro auxilio divino impetrando inter continua pericula aut carceris, aut mortis versantibus. Quem modum orationis deinde, post absolutum examen vespertinum, observarunt semper.

Fr. Nottyn
abripitur.

Superiori nocte, dum, in ædibus Golsteinii, omnes intereramus accusationi contra nostros à Lansmanno prolatæ, notatum fuerat oculos judicum et ministrorum saepius fuisse in Fratrem Nottyn conjectos, ejusque nomen aliquoties suggestum; ac proinde in eum aliquid cudi suspicio nobis erat. Quare P. Minister ipsa Die Palmarum, ad securitatem familiæ, seorsim bonum Fratrem sedulo examinans, rogaverat : num quid forte aliunde acceperit, aut hujus expeditionis conscientius, particepsve sit? quod ille sancte et constanter pernegavit. Sed, postea, et finitâ hæc tragediâ, alicunde innotuit eum a

Scriptor acta
perpendit, et

duobus pagi nostri incolis decimalibus, et quidem catholicis, apud unum quemdam ex Officialibus Trajectensibus fuisse delatum. Paucis enim ante septimanis, foris cum nonnullis, pro juribus Collegii contentiosius egerat, *minitatus* subinde alia *sue causæ subsidia*, quorum brevi *affuturam opportunitatem speraret*: *expectandum interea nonnihil*. » Maligni homines, verba ista maligne interpretati, ea statim nunciarunt Trajecti; mirantibus duobus militibus, qui clam eorum delationem audierant, tales in pago illo nebulones (sic eos vocabant) reperiri, ut ipsi postea retulerunt.

torturam
P. Pasman,

Credebatur etiam Fratri Nottyn a Patre Pasman aliquid fuisse aspersum; quia sub illud tempus captus fuit, quo Pater per tormenta coactus fuit ad fanda et nefanda omnia denuncianda. Varii de illo Patre tunc per urbem sermones: vehementiori torturæ videbatur aliquo modo succubuisse, sese et alios imprudenter accusando.

Certe, passim habebatur ut civium accusator, cum 30^a Martii viderent ad carceres duci præcipuos quosdam e suis, ferventioresque Catholicos, nominatim ex-Consules duos, Joannem Cauwenbergh, et Andream Van Stochem, sororios P. Gerardi Nysmans. — Pridie etiam capti fuerant Dnus Arnoldus a Melbeeck, Pastor S. Nicolai, et Dnus Toussanus Sylvius, in Deiparæ templo Sacellanus. Crimen hujus erat: aliquando fuisse rogatum a Mazerio, Fortaliti in Nevagne Gubernatore, et inde à Lansmanno, ut domum suæ (braxatoriæ) contiguam inhabitare vellet; et recusanti Lansmannus dixerat locum idoneum esse, quo Hispani possent aliquando uti. Quum autem optimus Sacerdos ex variis (postmodum) jam intellexerat sibi imminere periculum captivitatis; ad Pastorem S. Nicolai (supradictum) trepidus profugerat, eumque obtestatus erat ut liceret vel in ædibus ipsius, vel in fornice templi latere. Quod a Pastore quia recusatum fuit, et aliunde nulla comperiretur in eo noxa, brevior fuit ejus in carceribus detentio. Diuturnior autem fuit captivitas inficta dictis Consulibus, in quos, ut in Societatis amicos, et Regi addictissimos, exacerbati erant, et in victimas sibi destinabant. Vi tormentorum ex P. Pasman contra hos extorserant ea, quæ licet nullius momenti essent, hominibus tamen improbis contra probos arma fuerunt, et instrumenta magnæ afflictionis. Post detectam scilicet proditionem, dixerat aliquando in Collegio Dnus Cauwenbergh in hæc verba: « Nebulo ille (Lansmannum intelligens) rem optime adornarat; ille locus erat expeditioni aptissimus; pro certo felicem habuisset successum. » Adversarii autem aliter hæc verba interpretabantur, et præsertim volebant illum addidisse votum successus quem exoptaret. — Alter vero Dnus de Stochem, questus aliquando in familiari colloquio de molestiis et oneribus Præsidiariorum, prout vir erat genio fervido et zeloso, eruperat in has voces: « Si tantum mille adessent paribus mecum animis, ab his hominibus cito liberaremur. » Hæc in torturâ P. Pasman, nequidem rogatus, protulerat; quæ optimis illis viris sex mensium carcerem, periculumque torturæ ac mortis attulerunt.

et examen
P. Rectoris.

Dum accusationum, et minarum ubique continuæ voces audirentur, nihil fere intelligebatur de P. Rectore. — Unum hoc dicebatur in urbe: eum fuisse examini adhibitum festo die Virginis Annuntiatæ; laudabatur, ab omnibus qui curam ejus in excubiis quotidianis habebant, viri alacritas, et imperturbata animi constantia; passimque dicebant nihil culpæ in ipso posse deprehendi. Sed id alii adscribebant, non innocentiae, sed versutiæ et calliditati ejus in agendo, ut aiebant. Post multa tandem quæsita, jussus est conscribere suam declarationem, quam 30^a Martii formavit in hæc verba, ut habentur in autographo Processus criminalis.

« Ick onderscreven, Priester der Societeyt Jesu, en Rector van het Collegie » binnen Maestricht, bevel ontfangen hebbende, van wegen de Heeren van den » Krygsraedt, van al te schryven, dat ick oyt geweten heb, nopende het verraeft » op dese Stadt, daer Jan Lansman af beschuldigt is, segghe ende verclaere op

» myn Priesters woord, ende manne waerheyd, daer noyt myns levens iet van
 » geweten te hebben, eer dat de selve Jan gevanghen is geweest, noch oyt daer
 » af met iemandt gehandelt te hebben, noch binnen ons Collegie, noch buyten,
 » mondelick noch schriftelick. Voorts, houde ick het verraedt voor een stuck mis-
 » haegende aan Godt, ende alle menschen, van het welck alle menschen, maer
 » namentlick Borgers, en alle geesteliche personen moeten eenen schroom hebben.
 » — Dit segghe ick, ende verklaere met een ryp overdencken, ende tot teecken
 » der waerheydt, die, soo ick hope, niet en sal toelaeten dat die onnoosel syn
 » hierinne, onrechtveerdelick sullen beschuldicht worden. Dit hebbe ick geschreven
 » den 30 Martii, 1638, binnen Maestricht, ende met myn naeme onderteekent :
 » Joannes-Baptista Boddens, Rector Collegii Societatis Jesu » (1).

Cum hoc scriptum minus arrideret, quia directe accusationi per Joannem Lansmannum intentatæ contradicebat, aliunde sibi arma et tela censuerant contra innocentem arcessenda; et quia domesticorum testimonium, si extorqueri posset, præ omnibus efficax habendum erat, enormem in Fr. nostrum Nottyn torturam pararunt, quem vilius et acerbius tractari posse putabant, eò quod tantum laici ordinis esset; sunume adhæc, exacerbati erant ob constantiam in negandis objectis, et industriam in iis refutandis.

Ut autem, pateat quam aptis, ad quasvis ab innocentibus et contra innocentes, accusationes extorquendas, instrumentis usi sunt; operæ pretium est ante omnia totius torturæ apparatus et formam hic exponere.

Genus illud torturæ erat omnino ferale, et quod omnibus terrorem injiciebat; et quo magis hic in civium animis augeretur, omnes judiciales actus, et præsertim quæstiones illæ sanguinariæ, noctu exercebantur; inde illæ continuæ, per tenebras, rhedarum, equorum, famulorum, militum concursationes quietem civium turbabant. Locus torquendis miseris erat conclave senatorium satis amplum, in quo, sub tempore feralis examinis, luculentus sane struebatur ignis ex carbonibus Leodiensibus, quorum calor, ut acutior, vehementius penetrabat. Huic igni apponebantur miseri, omnibus indumentis usque ad pudendam nuditatem spoliati, solis oculis velatis, impositi lignæ tripodi, cuius sedile superne erat instructum *lignæ cruce* decussatâ, eaque peræcutâ, ut incumbente in eam totius corporis mole carnem alte pervaderet. Et sane huic (cruci) totam incumbere necesse erat; nam manus et pedes, funibus simul adstricti, ad tergum adducebantur in unum, *pollice dexteræ manus alligato pollici dexteræ pedis, et sinistram sinistri;* (2) dum, superne collum ferreo collari

Torturæ
genus,

acerbo perac-
tum modo,

(1) « Je soussigné, prêtre de la Compagnie de Jésus, et Recteur du Collège de Maestricht, ayant reçu ordre de la part du Conseil de guerre, d'écrire tout ce que j'ai jamais su, concernant la trahison de la ville dont Jean Lansman est accusé, dis et déclare sur ma parole de prêtre et foi d'homme, n'en avoir jamais de la vie rien su, avant que le susdit Jean fût emprisonné, et n'en avoir traité avec personne, ni dans le Collège ni au dehors, ni de bouche, ni par écrit. De plus, je regarde la trahison pour un fait odieux à Dieu et aux hommes, et dont tout le monde, mais les bourgeois surtout, et toute personne ecclésiastique, doivent avoir horreur. Je dis et je déclare ceci avec une mûre délibération, et en signe de la vérité, qui, j'espère ne permettra pas que ceux qui sont innocents seront injustement accusés. J'ai écrit ceci à Maestricht, le 30 Mars 1638 et signé de mon nom Jean Baptiste Boddens, Recteur du Collège S. J.

(2) Quamvis non adeo ferveret ignis ille, ut sedile ligneum incenderet; attamen ita calidus erat ut, diutius assidentium pedes, manus, aliasque corporis partes crudeliter torreret, ut patebit infra (paginâ hujus codicis 60) ex testimonio medicorum qui, post torturam, mederi miseris debuerunt. — *Funium* nomine, intelligenda videntur vincula quæcumque, immo *ferrea*, ut habent aliae narrationes, posite in appendicibus ad calcem, et P. Tanner, quos cum his confer et compara. Hic quidem, dicit crucem cui insidebant Patres *ferream* fuisse; *compedibus manicisque* manus et pedes fuisse constrictos. Atque adeo, *pollices pollici*..... non nisi ad certam ab invicem distantiam accedere potuere. Vide Tanner, Soc. Jesu militans, ubi existit effigies torturæ.

inserebatur, quadruplici fune instructo, cuius (funis) singulæ partes ad 4 conclavis angulos distendebantur, ut reus elato semper et erecto collo sedere coactus, æqualiter ab omni parte torqueretur. Collare enim illud erat horrendum, quintuplici aculeorum ordine, e quibus hic sursum, ille deorsum, tres alii ordines intrinsecus ferebantur, ut miseram victimam quoquo se verteret acriter pungerent, et foede lacerarent. Aculeorum autem numerus erat centum et quadraginta. Tanta copia sanguinis horum vi exprimebatur, atque inde per totum corpus defluebat, ut ii qui coram spectarunt, miseros illos dicerent vere referre imaginem Christi flagellati.

cum summa
Judicium
ferocia,

Crudelitati instrumentorum non impar correspondebat ferocia Judicum, qui septen erant numero, homines militares, armis potius quam libris assueti, omnes scientiæ et juris ignari, odio præ cæteris in Catholicos, insigniter excitati. Præerat sanguinario cœtui Golstenius, judicio omnium homo ferox plane et crudelis, qui olim militiæ et simul crudelitatis rudimenta posuerat sub celebratissimo isto Mansfeldio, Germaniæ quondam flagello, quem summe solebat deprædicare, quemque, ut dicere solebat, tanquam inter Sanctos eminentiorem solemni ritu veneraretur, si quis iis cultus deberetur, aut liceret redi. Socios sibi allegarat; genio ac moribus non dissimiles, pessimos (uti ipsa Præfecti carceris uxor Advocato nostro asseruit) ex toto præsidio militari, et maximos potatores; atque, ut pro libitu suo cuncta in hoc judicio moderaretur, homines vel affinitate, vel beneficiis devinctos; ut qui minus auderent ab ipsiusmet sententiâ recedere.

Excellebat inter illos nepos ipsius, Capitaneus Haenen, et alter ipsi amicissimus Hogendorf, ambo P. Rectoris hostes capitalissimi. Hujus Hogendorfi uxor (uti palam jactabat) speraverat semper, sibi offerendam aliquando opportunitatem lavandi suas manus in sanguine Paparum. (Sic contemptim ab illis Sacerdotes appellantur). Tertius accedit, Capitaneus Haumel, quondam Orangii in Gallia Vice-governator, acerbus Calvinista, loco propter crudelitatem amotus. Excellebat fere Capitaneus Toussain, qui aiebat; sese mirum in modum exhilarari, cum audiret aviculas illas tam insigniter cantillantes, (reos misere ejulantes intelligebat); imo, et se ad illorum Paparum torturam anhelare, et dein accedere tamquam ad festivum et jucundissimum convivium. Vel ex his colligere licet, quale fuerit malignantium Concilium, qui cruciatibus innocentium delectentur. Utique, visi sunt, cum reverterentur a torturâ Religiosorum, solito hiliores. Affirmarunt etiam id temporis non pauci, habitum fuisse alibi tripodium, quasi funebre, inductis personis larvatis habitu monastico.

in F. Nottyn. Ferociam istorum hominum insigniter expertus est Frater noster Nottyn, applicatus torturæ, nocte diem Jovis Sanctum proxime præcedente, quam et toleravit per undecim sere horas, deprædicatâ ab omnibus constantiâ, atque eâ animi fortitudine, ut posteâ, cum Medicus, avertendo majori malo juberet eum hilari esse animo, alacriter responderit, sese hactenus ne vel minimum tristitiae admisisse, vel sensisse. Ipsi, hoc genus tormenti superadditum, quod cum vi flammarum intumuerant carnes et pellis in pustulas, ferro secabantur hæ, et iis liquor infundebatur quidam salsus, varie permixtus.

Torquebat judices istos viri fortitudo, quam, ut ne inultam relinqueret, horum unus spinæ dorsi pedem ocreatum impegit, cum exprobratione : « Age! loquere, dæmonium mutum! canis mute! » Alii alia objiciebant, præsertim ea quæ castis auribus molesta erant. Certe, bonus Frater nonnulli posteâ dixit : gravissime sese passum ab igne, a sessione diuturnâ, a collari, ab infuso salso liquore; sed præ omnibus maxime affectum et afflictum fuisse ex sordidis et obscoenis Judicum irrisiōibus, quibus pudebat aliquid reponere. Alias, dextere satis noverat adversariis

respondere, etiam in ipsâ torturâ : roganti enim uni, a quo pridie, cœlo tum satis frigido, focum petierat, an satis jam caleret? apte reposuit : Mutemus locum, Domine mi, et poteris experiri! Ast, nulla eos afficiebat commiseratio. Dum enim miseri in equuleo ejulabant; cachinnabantur ipsi, ludebant aleâ, tripudiabant, in loco vicino potitabant ad ebrietatem, adeò ut dictum fuerit a quodam, qui in eodem loco captivus detinebatur : a se visos illos usque eò potos, ut sus deque per carcerem current, nostrum Nottyn, in quem subinde impingebant, querentes, instar cœcutientium. Idem tamen vino graves accedebant ad miseros, ut sua scommata oggererent, tentosque funes collaris ferrei pulsarent, quo sæviùs aculei pungerent, et carnem penetrarent. Factum est non semel ut tortor a loco torturæ abasset; cumque aliquis forte rogaret, qui id fieret, vel liceret ei, respondit : in loco sat multos adesse tortores; quemque illorum absentis vices scite obire — Het is hier al beul datter is! — Aliàs, cum ex commiserationis affectu a quâdam suaviter moneretur ut mitius ageret : Ego, inquit, minus præ omnibus aliis torqueo; opera hic mea parum opus est; reo, per me, sed imposito et ligato, nihil mihi præterea superest agendum, cætera ipsi conficiunt! An hos Judices dicam, an non potius Tortores?

Subinde illorum unus, dum cæteri in vicino loco inter pocula ludebant aleis, in ergastulum, sive locum torturæ irruerat, miseris dum urebantur insultabat, rogabat quæ volebat, et redux ad socios compellebat scribam cum ceteris potitantem : « Scribe, hæc et hæc fassus est mihi reus. » Alius ibat interea, ad fabulas cum uxore Prætoris serendas; alias excurrebat mingendi causâ; paulo post redeuntes clamabant : Scribe! scribe, etc.

Modus hic agendi præcipue notatus fuit in torturâ P. Rectoris, quæ, quia diuturnior, hoc et ipsis molestior fuit, ac proinde in omnem sæviendi rationem eos furor magis acuebat.

Quam immanis et sævus fuerit hic modus cruciandi, vel ex hoste licuit intelligere. Cum enim de anteactis, sub finem anni 1639, inter se dissererent familiariter, Auditor et P. Nysman, et hic assereret nihil sese adeo horruisse quam ignes istos, subjunxit ille : Pater! incredibilia sunt, quæ tum gesta fuerunt! non credent, nisi qui ea coram spectarunt. Interfui ego, et vidi; rogo Deum ut prius me e medio tollat, quam ad simile cogar spectaculum : et sane, si simile quid iterum tentandum esset, malim ego potius abdicare officium. — Et ipse Secretarius Golsteinii sæpiùs, cum a torturâ miserorum rediret, querebatur cum lacrymis eos tam sæpe torqueri; Homines, inquietabat, sunt! et, ut vera sint, quæ extorquentur tanta vi, sane non merentur ullo modo eam pœnam : res nihil sunt. — Et excidit aliquando etiam Golstenio, ut retulit nonnemo, ea, quæ fassus est Nottyn, parvi momenti esse; rumores nempe tantum in vulgus sparsos; — et simile fere asseruit semel de P. Rectore. — De hoc etiam, sub medium Aprile Hagâ scribebatur : Principem Auraicum, (uti quidam ex ipso audierat), non posse similia credere, de viro, quem isthic cognoverit nimis honestum et cordatum. Ille idem addebat, « Principi atque Statibus improbari indebitum procedendi modum Golstenii; non debuisse tam facile devenire ad torturam; missa Trajectum mandata, quibus ejus sævitia coërceretur. » — Vigente tantâ in nostros crudelitate, undique auxilia quærebantur, et jam pridem quæsita erant, sed frustra.

Unicum votum erat, ut miseris permitteretur Patronus, aut Procurator, ad causam eorum defendendam; sed, cum id petebatur per amicum juris apprime peritum, allegatis inde solidis rationibus; etiam ipso exemplo Parlamenti Parisiensis, quod Ravillacco, regicidæ in ipso facinore deprehenso, Advocatum concesserat; unus ex feralibus istis Juridicis acerbe respondit: Priùs omnes potiùs patibulo affigentur! Immerito id negari judicabat ipse Prætor urbis, acatholicus, qui rogatus a Judicibus

Intercessio
Patroni,

illis ut consilio in hac causa adesset, negavit id se suscepturum, nisi prius permitteretur reis Advocatus; et addebat Processum illum criminalem non recte administrari.

et Principis
Leodiensis,

Cum ergo nihil æqui in hoc genere impetraretur, recurrerunt amici, jam inde a 25^a Martii ad Principem Leodiensem, utpote cui æqualis cum Ordinibus Provinciarum Unitarum in urbem Trajectensem competeret Jurisdictio: indivisim enim ab antiquo illi imperavit Episcopus Leodiensis, et Dux Brabantiae, in cuius locum vi armorum successerunt Ordines. Quisque horum Principum, statuit suum in urbe Prætorem, suum consulem, suos Scabinos, reliquosque Magistratus, qui simul juncti exercent jurisdictionem, neque unius solius imperium citra Collegæ consensum vim obtinet. Et quidem, anno 1580, mense Januarii, post recuperatam proximo anno, per Ducem Parmensem, civitatem, *articulo 3^o* transactionis factæ inter Regem Hispaniæ Philippum II, et Cardinalem Groesbecanum eo tempore Leodii Præsulem, conventum est in hæc verba, quæ gallice habentur in Instrumento publico, ut sequitur :

« Et pource que l'expérience démontre, combien il importe d'avoir un bon et » vertueux Magistrat en une ville, avons statué et ordonné, statuons et ordonnons, » que dores en avant, Nous, et ledit Sr Cardinal, Evesque de Liége, envoyons d'an » en an, en la dite ville aux fraix d'elle chascun deux Commis, lesquels le jour » de la feste de S. Pierre ad vincula establiront, commettront, et renouveleront » la Loy, et le Magistrat d'icelle, pour exercer toute la jurisdiction requise; scavoir » 14 Eschevins, les 7 de nos bourgeois, et les 7 bourgeois dudit Seigneur Evesque; » qui seront eleuz et choisis de personnes catholiques, les plus gens de bien, » suffisants et qualifiés pour, avecque les deux Escoutêtes, représenter la haute justice, » lesquels pourtant outre la cognoscience des causes civiles (dout par devant ils » souloyent juger) auront aussi seuls entièrement la jurisdiction, et judicature de » tous délits, fourfaicts, causes criminelles et dépendances d'icelles, desquelles ceux » de la basse justice, d'ores en avant, n'auront aucune jurisdiction, cognoscience, ny » judicature en manière que ce soit. Ce que pour plusieurs bons respects avons » ainsi trouvé convenir, et partant l'ordonnons. »

Per conditiones autem Capitulationis, factæ anno 1632, cum urbs jam esset dedenda Ordinibus Confœderatarum Provinciarum, conventum erat, ut Episcopo et Principi Leodiensi sua maneret jurisdiction, ut antea, quando Regi Hispaniæ suberat civitas; sic enim habent *Articulus VI* et articulus *VII* prædictæ Capitulationis... (*Vide Appendicem XI, seu Capitulationem*).

Itaque imploratum fuit patrocinium Serenissimi Ferdinandi, Electoris Coloniensis, Episcopi Leodiensis, missis tum Coloniam, tum Bonnam (1) per Expressum litteris, quibus significabatur quid hactenus actum esset, et ageretur adhuc Trajecti; quomodo ipsius Jurisdictio violaretur, quæ in dictis Articulis descripta est : rogatusque Princeps, ut autoritatem suam interponeret, Patresque vindicaret a Judicibus minus æquis, vel suos saltem Commissarios, juxta pacta, adjungeret causæ eorum cognoscendæ.

Rei promovendæ, in subsidium affectorum sese strenue impendit Rev. adm. P. Goswinus Nickel, tum Collegii Coloniensis Rector, dum ipse statim ejus rei gratiâ Bonnam properavit; nec erit abs re ipsius super hoc negotio litteras legere scriptas 2^a Aprilis, in hæc verba :

« Acceptis quas Rev. V. scripsit 25^a Martii, statim profectus sum Bonnam, ut » Serenissimo coram exponerem R^e V^m petitionem, commendaremque magis serio » PP. nostros Trajectenses, quibus ex animo compatiōr. Et commodum valde accidit » illo me tempore venire, quo venerant Litteræ a quibusdam Scabinis Trajecten-

(1) Bonnæ, Residentiam habebat Elector Coloniensis.

» sibus, ejusdem fere argumenti cum Rev^e vestræ ultimis. Propter quas, etsi non esset
» alienus Serenissimus urgere, in captivorum gratiam, Commissariorum suorum admis-
» sionem ad judicium et reorum examen, hærebant tamen in eo, quod putaret illis
» semel in judicium admissis, etiam eorumdem condemnationi debere interesse, quod
» existimabat nullo modo decere. Quem scrupulum cum Serenissimo, et quibusdam
» Consiliariis exemissem, mandavit statim expediri litteras ad Generales Status Hol-
» landiæ, et ad Dnum Gubernatorem Golstein, etc. Verùm, cum postea occurreret, illas
» communem omnium Captivorum causam ex æquo attingere, nostrorumque Patrum
» (causam) ab aliorum longe esse diversam, putavi peculiares pro ipsis esse petendas
» litteras, quas impetravi alterā die, mittique Hagam-Comitis curavi per Expressum,
» ut tanto major esset illis authoritas. Missæ sunt et aliæ eodem die, ad Guberna-
» torem D. Golstein, quibus monetur, ut ab ulteriore tantisper executione absti-
» neat, donec a Generalibus Statibus responsum veniat. Præter has binas, curavi
» tertias ad Seren^m in Hollandiâ Agentem, Dnum Vanderveken, cui serio negotium
» commendat, et ut responsum urgeat. Quòd autem litteræ pro nostris PP. scriptæ
» sint idiomate Germanico, id consulto factum, ut tanto major esset illis authoritas,
» quum res majoris momenti, et quæ scribuntur a Seren^m, tanquam Electore, et
» non Episcopo Leodiensi tantùm, omnes scribantur germanice, etc. » Ita hactenus
Rev. Adm. P. Goswinus Nickel.

Exemplum autem litterarum, quæ a Serenissimo jussæ erant conscribi gallice, ad
elucidandam magis rem, hic subjungiimus :

Ferdinand etc.

« Messieurs, vous aurez assez bien entendu par nos lettres, qu'avons envoyées
» ces jours-ci, que nous ressentons qu'on y procède contre aulcuns (1) Bourgeois et
» Religieux de nostre ville de Maestricht, en crime déporté de trahison, sans procez
» et forme de droit. Or, on nous a signifié, depuis que nous avons écrit, comment
» et de quelle procédure les PP. de la Compagnie, et particulièrement les PP. Recteur
» et Pasman, et un frère-lay ont été pris, et sont encore détenus en cour. Et, par-
» ceque nous avons à la fin eu certaine information, que nulle dénuntiation s'est
» faite, et qn'il n'y a pas de suffisants arguments de prendre (2) ces deux Pères, et
» encore d'autres de la Compagnie; nous ne nous pouvons imaginer, que tout ce
» fait ne soit dressé par des hommes turbulents en haine de la Religion, et afin
» d'avoir quelque moyen de chasser les Pères de la ville. Que si la chose est menée
» par ceste intention, nous ne pouvons l'approuver, à raison qu'elle est duite (3) sans
» forme de raison et jugement. C'est pourquoi nous n'avons pu laisser de le déclarer
» à Messieurs Estats, par Exprès qu'envoyons; et si, demandons qu'on relâche la
» rigoureuse façon de procéder : car, les jugements faits par un Commissaire n'ont
» pas la valeur de la forme du droit requis, et sont contre raison. Nous attendons
» doncques, et croyons, que MM. nous escriront : pourquoi on a procéde de la
» sorte, et d'où vient ceste façon de procéder. Ce que fesants vous nous trouverez,
» MM. vos amis, comme avons toujours esté. — A Bonne, le 30^e de Mars, 1638. »

Missus etiam erat, sub idem tempus, Expressus Sedanum, ad ducem Bullonium, ut
ipse tanquam Gubernator urbis causam innocentium susciperet. Simul jungabantur
Principis Leodiensis ad illum Litteræ. Intererat sane ipsius Ducis Trajecti tum adesse,
et omnia coram inspicere. Nam, Gazettæ Hollandicæ jam vulgaverant captos esse
Patrem Vinck, et Patrem Boddens, Duci antea tam familiares. Sed ipsum deterrebant

et Ducis de
Bouillon in
vanum ad-
tentata.

(1) Aulcuns - quelques. (2) Prendre - emprisonner, detenir. (3) duite - conduite.

varii variorum sermones, quibus pro certo asserebatur PP. nostros esse conscos et complices criminis. Venturum se omnino Trajectum fuisse, post affirmavit P. Ministro, si ea quæ post mortem illorum assecutus est, citius intellexisset. In eum (i. e. in Ducem) jam professione publica Catholicum (1), videbatur aliquid cudi. Et per interrogations posteà P. Rectori propositas satis patuit, quo animo Golstenius in Ducem ferretur, et quantum laborarit, ut eum huic negotio illaquearet, tanquam reum ; quæ inter potissimas mortis P. Rectori illatæ causas numeranda est. Dux autem ipse, Sedano, 3^a Aprilis respondit in hæc verba litteris nostris :

» Mon Révérend Père, »

» J'ai receu la lettre de V. R. avec non moins d'affliction, que de désir de servir les pauvres Pères affligés de votre Ordre, à Maestricht; apprehendant seulement que mon entremise y soit peu utile, et que les témoignages que je pourrois rendre d'eux, et particulièrement du R. P. Recteur, soyeut sans fruct; estant (main-tenant) par la grâce de Dieu, Catholique, et partant, selon leurs imaginactions, peu croyable en ceste cause : où parlant selon ma conscience, et mon serment, je serais leur juge le plus sévère, si je les croyais coupables. Mais, ayant été mon confesseur, je scais avec quelle sincérité et pureté il entend, qu'il ne faut fausser sa foy (donnée) et qu'il est bien esloigné d'avoir voulu y porter d'autres personnes. Dieu, par sa bonté, fera voir son innocence. J'escris au Seigneur de Golsteyn, et luy envoie la lettre de Mgr l'Electeur de Cologne; et n'oublierai rien de ce que je crois pouvoir servir au dit Père, vous suppliant de l'asseurer, qu'il seroit exactement obéy, s'il dépendoit de moi, qui ay ceste affaire bien à cœur, ne lui faisant point de réponse, pour la grande haste que j'ay de renvoyer le messager. Votre Révérence m'obligera infinitement, de me faire scavoir au plus tôt, et particulièrement, des nouvelles de ces bons Pères, et du P. Vinck, Cor- delier, et comment ils sont embarrassez en ces accusations; et de croire, qu'il ne se manquera occasion de vous servir en vostre particulier, que vous n'avez sujet de me tenir, Mon R. P.

Votre plus affectionné Serviteur,
le Duc de Bouillon.

Litteræ autem ad Golstenium, a Serenissimo Electore Coloniensi scriptæ, erant in hanc formam :

Ferdinand, etc.

« On nous a signifié comment d'aucuns Religieux et Bourgeois en nostre ville de Maestricht ont été tout nouvellement pris pour crime de trahison; et quand à eux, le P. Recteur, le P. Pasman de la Compagnie de Jésus, avecque un Frère-lay, emprisonnez aussi et détenus jusqu'à présent. Par ce, que nous savons et voyons, que jusques ores on n'a fait contre ces Pères aucune dénonciation, et que l'on n'a pas porté du jugement qui soit vray et certain ; c'est aussi pourquoy, on ne doit pas les tenir en prison. Sur quoy, nous ne pouvons penser, ny nous imaginer, si ce n'est que ceste accusation soit faicté par des hommes turbulants, ennemis de la paix, et vraiment à mauvaise intention. Nous sommes doncques contraints de demander aux Estats-Généraux des Provinces-Unies, par un Exprès que nous envoyons, le contenu de l'affaire, car nous sommes d'opinion que Messieurs les nobles Estats, au regard d'icelui, useront d'autre façon d'en juger. C'est ce que nous demandons à

(1) Ducem Buillonum ab hæresi ad fidem catholicam reduxerat P. Rector. « Quo successu, et Principis publicâ præsertim hæresum abjuratione, exacerbati, (hæretici), Rectorem etiam de medio tollere statuerunt. » Ita Tanner, statim in capite suæ narrationis, ubi causas concepti in Jesuitas... odii implacabilis enumerat.

» bon escient, et prious de vouloir nous faire ce plaisir, et nostre vouloir, qui est de nous restituer les prédits Pères sans qu'ils soyent endommagez. Ce que recognoistrons pour bienfaict, et tâcherons récompenser. » Sed nihil mitior his omnibus reddebatur Golstenius, præterquam quod illæ litteræ seriūs ad eum pervenerint; jam enim Nottyn torturam subierat.

Hic constanter nihil magnopere fassus, dicebatur ab iis qui arcanorum aliquid subinde assequebantur; ei videbatur tamen aliquid aspersum ex declaratione Patris Pasman, qui credebatur vehementiæ tormentorum succubuisse: sed ipso die jovis sancto, Nottyn jusserrat per fidum (quemdam) P. Ministro nunciari, « bono animo essent omnes: a se saltem, neminem Fratrum suorum accusandum. »

Plura quidem Patri Pasman præ cruciatuum acerbitate vix sui compoti exciderant, sed levia, si in aures æqui Judicis incidissent; ut ex iis, quæ supra de Dnis Cauwenbergh et Stochem protulerat, facile est judicare. Certe, P. Gulielmus Goetgebuer, Hagæ scribebat, 8^a Aprilis, sibi die Veneris sancto relatum, a viro nobili Dno de Ryswyck, eodem ipso die Principem Auriacum in familiari congressu dixisse Domino de Heemvliet, venationi Hollandiæ præfecto, (viro P. Rectoris amantissimo ex eo tempore, quo eum Hagæ viderat, et qui ejus innocentiam tueretur), « nihil hactenùs allatum contra Nostros, quo convinci, aut quo conscos fuisse proditionis, nedum hujus reos esse possint; quidquid in eos quotidianis litteris, felle et ainaritudine, plenissimis, in dies Golstein scriberet. » — Imo et Dnus de Noordwyck, nepos P. nostri Florentii Bouchorstii, priori sæculo Collegii Lovaniensis Rectoris, quique tum in Ordinum concessu ex potissimis habebatur, 2^a die Paschatis cuidam dixerat: « nihil admodum periculi esse Patribus nostris; nec quidquam illis objici momenti alicujus. » Addebat autem P. Goetgebuer multos isthic, etiam heterodoxos, existimare, malevolentiam et invidiam in tragicâ ista scenâ principes partes agere. Addebat: Ante unum alterumve diem, cum in priori aulâ Principis inter se de re Trajectensi agerent Dnus de Heemvliet et Agens Electoris Coloniensis, ad eos conversus qui proxime astabat, et colloquentes audierat Dnus de Beverweert, (est iste filius naturalis Principis Auriaci Mauriti, præstanti vir ingenio) aiebat: « Nostis me nullius proditionis aut auctorem, aut complicem, aut concium; si tamen torquerer, sicuti Trajectenses Religiosi torti sunt, faterer crimen, quod ignoro: atque illius etiam te, Domine Heemvliet, et quoslibet mihi amicissimos, atque adeo Hagienses omnes reos agere. » — Comitissa Culemburgica dicebatur in uberrimas lacrymas proruimpere, quoties inferebatur sermo de illâ in Religiosos sævitâ; asserere etiam « nullo loco habendam qualecumque confessionem, tanta vi extortam. » Hæc ille (P. Goetgebuer.)

et vana fuit
commiseratio
aliorum.

At taliter non sentiebat Golstenius, qui cum P. Rectorem jam ab initio in victimam destinasset, priùsque damnasset quam ei manus injiceret, quævis media quærebatur, quibus eum perdendo rem conficeret.

Duo illum exstimulabant, odium imprimis in Ducem Bullonium, recenti professione publice catholicum; et vindicta in P. Rectorem, quem censebat allaborasse in adornandâ fugâ Comitis de Feira, et sociorum, a Gallis anno 1635 captorum in clade ad Namurcum illatâ Regis copiis, quas duxerat Princeps Sabaudiae Thomas. Ii nempe ex carcere Trajectensi, sub hyemem anni 1636 effugerant, gubernante Golstenio, et aucupati fuerant absentiam Ducis Bullonii, ne, ut postea litteris suis Trajecti nuntiarunt, notam hanc viro Principi, natalibus et virtutibus insigni, afferrent. Urebat hoc summe Golsteniu[m], qui in P. Rectorem fugæ hujus scientiam et directionem totam impingere contendebat. Frequenter utique captivis istis (P. Rector) ex Principis Auriaci mandato, et quidem signato, adsuerat; ut variis officiis humanañtis et consilii eos solari conaretur.

Iterum tor-
quetur P.
Pasman

In hunc finem, variis quæstionibus Golstein super hoc exagitavit Patrem Pasman et fratrem Nottyn; et in hoc præsertim extrema voluit experiri, ut aliquid vel circa proditionem, vel circa fugam istam extorqueret. Quare illum 8^a Aprilis, sub noctem, iterum torturæ jussit imponi, et quidem a priori, octiduo ante toleratâ, debilem adeo, ut ad illam lodicibus, vel potius linteaminibus deferri debuerit. Hæc intoleranda sævitia tantum adhibebatur ideo, ut ab eo aliquid contra Patrem Rectorem exprimeretur.

Huic (Rectori) pridie valde metuebatur; atque propterea totam noctem transgerant Nostri in precibus, et idem metus cives ad jejunia aliaque pia opera pro eo suscipienda compulerat; timores hujusmodi, et luctus per urbem fere quotidiani erant. Non parum etiam Nostros turbarat 9 Aprilis, pulsus nolæ ad portam vehementior post 9^{am} vespertinam: sed pacati fuere, cum intellectum fuit militem adesse, qui a P. Rectore missus cerevisiam peteret. Hic (miles) narrabat: illi adesse Golstenium, et quidem solum agere cum solo; Auditorem autem adesse P. Pasman. Volupe adhuc nobis erat, et audire aliquid de optimo Patre, et obsequium aliquod posse præstare.

Pergebamus adhuc de ipso bene sperare, quum nihil audiretur, aut saltem constaret de graviori aliqua accusatione; et vel ipsi excubitores milites mirarentur viri constantiam atque alacritatem. Solabatur nos deinde proclamatio, jussu Concilii bellici facta die 13^a Aprilis, voce præconis, qua narrabatur proditionem illam scelestam, cuius conœssi et complices dicebantur cum Lansmanno miles Burgundus, ejusdem uxori, P. Minorita, et latomus, esse feliciter detectam; mandarique, iis qui sese ab urbe subduxerant, intra quindenam redirent, aliâs eorum bona fisco addicenda. Hoc, pro fausto augurio erat, quod, præteritis Nostris, ounnes et singuli complices exprimerentur nominatim, et quasi Judicum sententiâ (Nostri) nondum haberentur nocentes, ut alii. — Sed hi (judices nempe) interim non quiescebant, nihilque intentatum relinquebant, quo Nostros everterent; ac præcipue totum imperium convertebant in P. Rectorem, dum P. Pasman convalesceret a vulneribus. Ille autem pergebat innocentiam suam tueri constanter et prudenter ad stuporem adversariorum. Hagâ scribebat P. Goetgebuer, « in Processu criminali, tradito Galliae Legato, sese vidisse quinquaginta minimum quæstiones ab Examinatoribus ipsi propositas, quibus quam prudentissime et fortissime responderat; nihil omnino fassus, quo gravari videretur. » Immo, et ipse Legatus eidem affirmarat: P. Rectorem apud ipsos adversarios, quos quidem audierat, optime audire, virum nempe candidum et cordatum, et de quo difficulter mali quidquam credi possit.

et inutiles con-
frontationes
fiunt.

Verùm, ad ipsum tandem criminis convincendum, iterum instruitur Lansmann. Atque sub finem Aprilis in ejusdem conspectum producitur. Dum autem ad conferendum ingreditur, auditus fuit Hofmeyer Lansmannum excitare his verbis: Persiste constanter: pro certo non morieris. — Hoc ex fido auditore intellexit Dux Bullonius, qui hoc sigillatim, et alia confrontationis hujus capita manu suâ conscripsit. (*Append. XVI*). Accusationem Lansmanni strenue rejecit P. Rector, atque eidem refutandæ varias proposuit quæstiones:

Primo, an sibi unquam fuisset locutus, aut novisset, ante quam aperuerit conceptam a se proditionem, ut ipse prætendebat? Cum vero Lansman responderet ipsum tantum semel a se visum, dum per urbem incederet. — Rector reposuit: Cur mihi, ignoto, et nunquam viso, rem tantam, cui in primis silentium debeatur, communicasti? Subjungebat proditor: Quia audiveram te hominem ingenio promptum, et Jesuitas præcipuo quodam zelo ferri erga res Regios. — Reponebat Rector: Cur Patri Vinck, aliisque complicibus non significasti, a te mihi declaratam esse proditionem, cum omnes fuerint inter se noti, mutuaque fuerit consiliorum

communicatio? Hic, multum luctatus, afferebat inhibitionem sibi factam (a Rectore). — At contra, inquietabat, Rector: An tibi P. Vinck, aliique complices, inter quos fuit promissio arcani m̄ntua, dederunt tibi facultatem, quā tibi liceret et secreta omnia revelare, et quemquam illorum accusare? Quid deinde ego promeritus fui, ut me, nonnisi post trium septimanarum carcerem, et post torturæ cruciatus toleratos, accusares? cum Patrem Vinck, virum tibi amicissimum, tuum confessarium, aliosque complices, nulla vi cogente, statim declararis? Certe, si huic expeditioni voluissem me immiscere, potius egissem cum P. Vinck, noto mihi ab ingenio et judicio, quam cum homine ignoto et nunquam viso. — Post hæc rogavit, quo tempore, et quo loco facta fuisset hæc declaratio? — Factam, respondebat ille, ad primam Collegii portam; cum in atrio interiori, circa hortum floribus consitum, inter sese agerent P. Pasman et Nottyn. — Cum autem de tempore rogatus, diceret: factam, sub seram Vesperam, cœlo plane obscuro, ut vix daretur quemquam nosse. — Si ita, inquietabat Rector, quomodo potuisti et me nosse, et simul Patrem Pasman et Nottyn, qui tum facile a nobis distabant quadraginta passibus?

His cum Lansmannum intricatum videret Golstein, silentium imposuit: Non egemus, inquit, verbis istis! Sufficit Lansmanni testimonium! Et subito jussit eum abduci, protestante contra P. Rectore, quod sibi e manibus eriperetur victoria. — Curavitque postridie (P. Rector) domesticis nunciari: « Lansmannum a se confusum; » erectis omnes essent animis. »

Et quidem Golstein, Syndico urbis, catholico, dum de hac confrontatione dissereret, hæc verba dixit, prout hic P. Ministro retulit: *De vogel was bynaer ontsnapt!* (1).

Immo et P. Rector post torturam, Chirurgo se curanti graviter questus est, sibi Lansmannum refutanti impositum fuisse silentium. Præfектus etiam carceris, cum a quibusdam rogaretur de successu hujus collationis, respondit: Nescimus quid isti homini sit; nimis variat in dicendo (2).

Dum hæc, aliaque in P. Rectorem intentabantur, dum in P. Pasman et fratrem Nottyn adeo graviter sæviebatur, Lansmannus liber, inter pocula et aleam, in carcere jocabatur, toto fere captivitatis tempore securus. Immo, retulerunt quidam eum ad locum, ubi P. Pasman torquebatur, deambulasse cum Golstenio, et risisse inter se, dum miseri clamores et ejulatus audirentur. Etiam, post illam cum P. Rectore confrontationem, in commodiori cubiculo fuit collocatus; et sperabat fore, ut vel plane liberaretur, vel saltem nullo afficeretur suppicio. Ad eum confirmandum successit Auditor, multisque unā cum aliis jocatus, convenit cum ipso super qualitate et pretio cerevisiae coquendæ, et tradendæ per annum integrum. His et similibus hominem ludebant et lactabant adeo securum, ut tribus quatuorve diebus ante mortem, dum forte videret puellam quandam, cum uxore Præfecti carceris de vendenda telâ lineâ agentem, diceret domesticis: Mittite illam, ubi absolverit, ad meum cubiculum: jam tot septimanis mea uxor mihi absuit. Quin immo, dicebatur vestes sibi festivas petiisse, quibus in festo Paschatis ad Coenam calvinisticam accederet; atque, die Veneris sancto, carnibus usus fuisse, uti habet ipse Bullonius in suā narratione. Et certe, ab initio mitissime cum ipso actum fuisse, vel ex forma et habitu colligi poterat, quo nobis visus est, ipsā nocte Dominicam Palmarum præcedente, in aula Golstenii. Comparebat ille pallio et reliquis vestibus satis decenter indutus, collaris nitenti, et calceis plane fulgentibus, facie et corpore bene valido, neque ullā sui parte affecta. P. Minister in eum e regione sui stantem intendit oculos, et attente

(1) L'oiseau allait bientôt nous échapper!

(2) Aliquid de hac confrontatione dicitur in Narratione antiquissimâ, gallicâ, (Vide Append. XVI).

circumspexit, an ulla possent notari puncturæ in collo ab aculeis collaris relictæ, de quorum vi et acerbitate cruciatus audiveramus horrenda; sed collo terso et nitido nihil decesserat, nulla omnino cicatrix accesserat.

Interim, dum mitissime cum ipso prodigionis principe et ductore agitur, injiciuntur compedes P. Rectori die 18^a Aprilis, quod nos non parum afflxit; et magis quidem sequenti die cum torturæ imponendus diceretur; quare, totam noctem in oratione traduximus, aliorumque Religiosorum preces imploravimus.

Fr. de Neef
libertati
redditur.

Die 20^a concessit Deus in solatium afflictis, ut Fr. Stephanus de Neef nobis redideretur. Auditor, paucis comitatus, eum ad Collegium reduxit. Excepimus cum gaudio fratrem optimum, triplici primum campanæ domesticæ sonitu, aliisque signis congratulationis, atque dein charitatis; a sordibus carceris et militum pœdore squallidum, induimus recentioribus et lineis et laneis, ac, pro more Societatis, abluendis pedibus omnes hilari affectu, et religiosâ quâdam contentione, accidimus. — Gratiis actis Auditori, et per eum Consilio bellico, subjunxit P. Minister: sese jam in eam spem induci, ut reliqui in libertatem brevi restituerentur, faustum hoc initium et augurium esse; falsi jam convictum esse Lansmaunum, qui Fr. Stephanum accusarit ut sibi in tam ardua re socium, virum, flandricæ linguæ fere imperitum, regionis, viciniæ, immo et urbis minime gnarum, ut, qui nequidem plateas nosset quibus redeundum fuisset ad Collegium, quod, nisi te comite, Domine Auditor, et te ductore, reperire nequivisset.

Alia causa gaudii accedebat ex narratione Agentis Hollandici, qui tum Coloniae residebat. Hic affirmarat ibi, nihil esse periculi Patribus Trajectensibus; quod, ut a Legato dictum, fidem videbatur promeriri. Sed hauc spem evertit responsum, a Statibus datum paulo post Seren^{mo} Principi Leodiensi. Putabantur offensi quibusdam ejus in scribendo verbis; ac responsurn illud conscriptum erat in hæc verba.

Hooghweerdichsten Heer,

« Wy hebben den 7^{en} deser ontfanghen U^e Keurfursteliche Doorluchticheyts brief, waerop by ons gedelibereert synde, hebben goet gevonden U^e Keurfursteliche Doorluchticheyt mits desen te rescriberen, dat het bewuste verraedt tot Maestricht, by die (door die) van den Crychsraedt eerst ontdeckt is, ende een crime (is) aengeleydt tegens het Garnisoen van de Stadt, tot behaudenis van de welcke wy de besettinghe, fortificatie ende magazyn becostigen; waerom wy de saecke aen den gemelden Krygsraedt hebben gelaeten, om t'achterhaelen, examineren, verwysen ende straffen de verraeders, die aengenomen hadden de meergenoemde Stadt aen onzen vyandt over te leveren. »

« Ende, ofschoon de Concordaten, ende oude Verdraegen, medebrengen, dat de kennis van alle delicten, die aldaer gecommitteerd worden, sal staen ende gerefereert worden aen de twee-hoorighé Officiers (waerin wy gemeyndt en geresolveert syn onveranderlyck te willen blyven), dat nochtans, in 't cas subject, de gerechticheyt, noch de possessie van U^e Keurv. Doorluchticheid, in 't minste niet verkort, nochte geturbeert en wort, als wesende in de gemelde Concordaten niet begrepen; ende daerom in geenen deele U^e Keurv. Doorl. raeckende, maer alleen desen Staet, waer teghen dit verraedt is aengelegt geweest. Daerom oock, wel mogelick, seer vremdt den Heere Van la Motteryé soude voorgekomen syn, by aldien, toen hy nog binnen Maestricht Gouverneur was, Uwe Keurv. Doorlucht met gelyke saecken sich soude hebben willen bemoeyen. Ende wat belanght de procedures binnen Maestricht gehouden, ende nog voorts te houden; dies aengaende is U. K. D. quaelick bericht, dat in de selve iet, wel teghen styl van Rechte, ende buyten Justitie soude syn

voorgenomen, uyt andere consideratie, dan alleen om soo een boos verraedt naer verdienste en wetten te doen straffen, sonder daerin aentesien de personen, noch der selver qualificatie van Geesteliche, of Wereltliche, gelyck dat ten uyteinde van de saecke sal blyken, tot vernoeghen van alle onpartydighe; blyvende voorts volcomentlick geneghen alle andere Delicten, uytgesondert verraderye, die wy, aen ons selfs privatief, verstaen te behouden; als alleen becostigende de lasten van den Oorloghe, en de bescherming van de Stadt, die wy sonder iemands toedoen op onsen vyandt hebben gewonnen; ende ter judicature van de wedersydsche officieren te laten verblyven d'onderhoudinghe van de Concordaten, Tractaeten, ende goede naburighe Neutraliteyt; waerop U. K. D. een vast en volcommen vertrouwen mach stellen (1). »

De hâc suorum Dominorum voluntate, Golstenius indubie fuerat pridem præmonitus, qui nihil detulerat Ser^{mi}l Principis (Leodiensis) variis litteris, monentibus, ut causæ prosequendæ supersederet, dum aliud decerneretur. Ipse enim, continuis quæstionibus exagitato P. Rectore, cum jam Lansmannum in suâ adversus eum accusatione confirmatum haberet, statuit progredi ad supplicium reorum, ut tandem illius morte dicta omnia stabilirentur : eò vergebant omnia ejus consilia et Sociorum conatus.

Ultimâ igitur Aprilis die, in pgnate, pluribus diebus ante constructo, ad terrorem, in Foro lignario, tribus capita sunt præcisa : Burgundo militi primùm, deinde ejusdem uxori, postea Leonardo Caters, arte latomo. Militis corpus, in quatuor partes dissecutum, quarum singulæ ad quatuor urbis portas ex furcis fuerunt appensæ; caput vero ipsius, cum capite latomi, in pinnâ ferreâ in propugnaculo ad Mosam, versùs S. Petri vicum, expositum. Hujus autem, et prædictæ feminæ, cadavera sub patibulo sepulta.

Postridie, 1^a Maii, Lansman plexus est; et similiter dissecta ejus membra ad singulas portas sunt appensa. Varia a variis in ipso, jam capitis damnato, usque ad momentum ultimum quo misere periit, fuere observata. Perculsius quidem primo fuit prælectâ capitis sententiâ; sed non potuit plane sibi persuadere eripiendam promissam impunitatem; immo constans erat opinio multorum, qui eum ad supplicii locum progredientem, et morientem viderunt, spem istam usque ad extremum spirituum retinuisse. Jam inde, a denunciato ipsi mortis decreto, cœpit, et perrexit

Plectuntur
Burgundus,
et latomus,

ac postridie
Lansman.

(1) « Monseigneur, nous avons reçu le 7 de ce mois la lettre de Votre Altesse Electorale; et après en avoir délibéré, nous avons jugé à propos de répliquer par écrit à V. A. E. que la Conspiracy connue à Maestricht a été découverte (n premier lieu par ceux du Conseil de guerre; que c'est un crime tramé contre la garnison de la ville, pour la conservation de laquelle nous fesons les frais de l'occupation, des fortifications et du magasin; que pour ce motif nous laissons audit Conseil de guerre le soin d'informer la cause, d'examiner, de juger et de punir les traîtres qui ont entrepris de livrer la susdite ville à notre ennemi. — Et, quoique les Concordats, et les anciens Traités comportent, que la connaissance de tous les délits, commis en ce lieu, appartienne, et soit déferée aux officiers des deux Pouvoirs (ce à quoi nous sommes d'avis, et résolus de vouloir tenir invariablement), que, cependant, la jurisdiction ni la possession de V. A. E. n'est aucunement lésée ni *disturbée* dans le cas actuel, comme n'étant pas comprise dans les Concordats mentionnés; et que partant il ne regarde en aucune partie V. A. E., mais seulement cet Etat-ci, contre lequel la trahison est ourdie. Aussi, il est fort possible, que si V. A. E. avait voulu se mêler de semblables affaires, lorsque Mr de la Motterie était Gouverneur de Maestricht, cela lui aurait paru fort étrange. — Pour ce qui concerne les procédures entamées, et à poursuivre; en ce point V. A. E. est mal informée, comme si quelque chose s'y fit contre les règles du droit ou de la justice, ou par d'autres considérations que pour faire punir d'après leur mérite et selon les lois une si méchante trahison, sans exception de personnes, ni de leur qualification d'ecclésiastiques ou de séculiers, comme il apparaîtra par l'issue de l'affaire, au contentement, de toute personne impartiale. — Restant au reste parfaitement disposé à laisser à la judicature des deux Pouvoirs tous autres délits, (excepté la trahison, que nous entendous nous réservier privativement à nous seuls, comme fesant seuls les frais de la guerre, et de la défense de la ville, que nous avons conquise sans l'intervention de personne) ainsi qu'à l'exécution des Concordats, des Traité, et de neutralité de bon voisinage. En quoi V. A. E. peut avoir une entière confiance.

semper invehi in Patrem Vinck, tanquam unicum infortunii sui auctorem, nullā unquam mentione nostrorum Patrum factā; nihil aliud audiebatur ingeminare, repetitis identidem cum ejulatu vocibus, quam : ô P. Vinck! ô P. Vinck! Mirum aliquibus visum fuit nullam P. Rectoris ab ipso fieri mentionem, quem tamen tanta contentione accusarat, eidem solemni juramento, uti dixerat, obstrictus. Suspectum hoc nominatim fuit, uni ex quatuor Lieutenantiis, quos Golstenius, reis jam condemnatis tanquam custodes et inspectores adhibuit. Sectā is lutheranus erat, et Golstenio propter fidelitatem gratus. Ab initio minūs ipsi probabatur accusatio a Lansmanno facta, et inde modus procedendi contra Nostros, quem accurate et curiose semper observarat. Unā circiter horā antequam Lansman ad supplicium educeretur, dum in lecto decubuit, lamentabatur, gemebat, ejulabat; nullæque aliæ voces audiebantur, quam : O P. Vinck! ô P. Vinck! ô mea uxor, ô si tibi, præ Patri Vinck, locutus fuisset! et his similia tantū proferebat. Lieutenantius ille, ex his curiosior, tandem, ut assequeretur quid esset de accusatione nostrorum Patrum, accessit ad lectum Lansmanni, eumque his fere verbis compellavit : Quid te ipse turbas, Lansman? Non est jam tempus cogitandi de similibus! sed potiū de animā reddendā creatori et servatori tuo; de eādem purgandā a peccatis, et parandā ad felicem mortem! Pergebat interim Lansman, gemendo et ingeminando : ô P. Vinck! Reposuit continuò Lieutenantius ille : Num immerito Patrem Vinck accusasti? — Dum ille id negat, repetendo cum ejulatu prædictas voces, urget magis Lieutenantius : Iterum, Lansmanne, quid turbaris? Num quemquam alium falso detulisti? Certe jam tempus est revocandi, cum jam labatur hora ultima, et instet extremus terminus. — Cum vero ille repeteret suū antiquum : ô P. Vinck! instat Lieutenantius : — Quid ergo de Jesuitis? an juste illi accusati sunt? Huic nihil ille affirmando, aut negando, respondit, sed hæc verba tantū : Eia, sine me quiescere! Acta sunt omnia, et conscripta! Cum interim alii Lieutenantii, inter quos unus præcipue, nepos. Golstenii, homo acerbus, accederent, ægreque ferreut similia rogari; abstinentum ipsi fuit : per gente interim semper Lansmanno in suis verbis : ô P. Vinck! ô P. Vinck!

Hæc in eumdem sensum (Lieutenantius) ille P. Ministro enarravit, post finem impositum quæstionibus et suppliciis miserorum. Probæ satis vitæ erat ille vir, etsi Lutheri sectator, a quo postea defecit, susceptā religione catholicā, et catholico ritu mortuus; nunquam vero potuit induci, ut crederet nostros esse complices, aut jure contra eos actum fuisse.

Notatus fuit itaque Lansman, non tantum illo puncto temporis, sed et antea semper, continuo queri de P. Vinck; nunquam locutus de Nostris, nisi expresse rogatus; immo, licet merito dicere, ne verbum ullum in illos proferendum fuisse, nisi nomina PP. nostrorum ipsi singillatim fuissent suggesta, ut ita, quid sibi dicendum esset, meminisset. Et inde adversarii coacti sunt, (cum ille in ferali theatro multa de P. Vinck, nihil autem omnino de P. Rectore, sociisve diceret) speciatim petere, an hujus accusationi insisteret? Cui cum languida satis voce annuisset, auditus est ab iis qui proxime theatro astabant, vultu ad Prædicantem converso submisso dicere : An modo licebit domum redire? An liber diuittendus sum? Dum autem hic (Prædicans) a plectendo, postquam nescitur quid misero in aurem insusurravit, sese subducit nonnihil, præcisum est celerrime infelicitis caput.

Hoc Dux Bullonius testatur sibi ab astantibus relatum, et nominatim a quodam Attenhoven, Lieutenantio Colonelli Leschelle. Immo, et alii ex acatholicis asseruerunt Lansmanno persuasum fuisse, fore ut de simulato tantum ictu ageretur (1). — Defuit,

(1) Adscribitur margini : Sy hadden hem wys gemaect, dat sy hem het sweert alleen souden over het hoofd laeten gaen. — On lui avait fait accroire qu'on laisserait passer le glaive au dessus de sa tête.

heu! misero fidus illo temporis articulo et sincerus Director, qui conscientiam vellit caret! Hoc et optaverat P. Rector, qui Judicibus oggerentibus accusationem morte a Lansmanno confirmandam, alacri animo hanc obtulit conditionem : ut si Lansmanno probus et peritus daretur pro comite Confessarius, sese simul ad locum supplicii securum; atque, si tum contingeret illum accusationi immori, sese cervicem gladio suam protinus subditum: Jubete, inquit, me tunc plecti, sequar libenter.

Cæso miserum in hunc modum Lansmanno, triumphus fuit apud adversarios, et apud illorum ministros quorum unus, ubi ceciderat, exultabundus clamabat: Ecce, accusationi a se factæ immortuus est! et citato equo ad Golstenii ædes properavit, felix dicam, an infelix futurus nuntius.

Quam ex æquo jndicetur, pateat vel ex hoc uno: Testimonium hominis perdi, et confessione sua rei, atque inde infamis, tanquam irrefragabile cum plausu acceptatur; et trium Religiosorum, qui et suæ innocentiae immorituros sese dicunt, et postea immortui sunt, protestando Lansmannum nequidem sibi cognitum fuisse: illorum, inquam, testimonium impudenter et improbe rejicitur.

Golstein, ex hoc erectior animo, vires omnes et arma destinabat in P. Rectorem, ut spargebatur, torturæ subjiciendum. Prius tamen Assessoribus suis traditum, per varias quæstiones exagitandum, dum ipse per dies aliquot cum quodam Commissario Statuum abit Leodium, ubi voces puerorum audivit ipsi per plateam occlamantium: En latronem! en carnifex sacerdotum, et occisorem!

Sub 4^{ma} itaque Maii, severius quam unquam antea examinatus P. Rector, prudenter et generosissime respondit, suamque innocentiam defendit, ad stuporem, quâ confusus graviora minatus est, si libertas sibi aliquando contingeret: quæ voces illi exitio fuerunt. Credebamus rogatum plura super Duce et Ducissa Bullonio, quos in partem criminis trahere conabantur, prout et postea ex relatione militis cujusdam compertum est; et inde expedire visum est, ut ille (miles) e medio tolleretur, ne quid actorum istorum emanaret.

Cum ergo P. Rectori male metueremus, inquisivimus decreto torturæ et mortis avertendo varia remedia:

Consulti in primis, Leodii, Viri peritissimi juris; Consules, plerique et Principis consiliarii, quorum deliberationes et opinione postea traditæ fuerunt judicibus Trajectensibus. Prima fuit ipsis quæstio proposita: An ex accusatione confirmata accusatoris morte, qui fuerit socius criminis, possit quis ad poenam capitalem, aut saltem ad torturam produci? — Illi ex probatissimis Auctoribus, solidisque rationibus respondebant: « Certi juris esse nemini licere, de proprio confidentem super conscientiâ alienâ scrutari. » In quo certe insigniter peccarunt isti judices, nostros non tantum nominatim suggestendo, sed et urgendo; immo et asserendo esse conscos; cum ipse Lansman de illis ne cogitabat quidem, immo et quos negabat (initio) conscos esse, obtestatus cœlum et terram. Asserebant ergo illi jurisperiti: « ut damnati nominatio fidem faciat, requiri ut interrogetur a judice *in genere*, » non autem *in specie* aut in individuo, v. g. de Caio, de Sempronio, quia si in » individuo fieret interrogatio, esset potius quædam suggestio. » — Deinde: « ut » interrogatus sit bonæ conditionis et famæ; quia, ut testis faciat indicium, etiam » tantum ad torturam, debet esse omni exceptione major; » qualis non erat Lansman, vel jam infamis, vel habens exceptiones notabiles. « Nec obstat morientis dictum, nisi possit probare: Assertio enim morientis non probat. » Quod indicium insuper diluitur per quæstionem, in qua accusationi damnati constanter contradicit accusatus. — Hæc et alia plura fusiū explicata, et pluribus explicata,

Ne iterum
torqueatur
P. Rector,

varia media
adhibentur
incassum.

et pluribus probata, legi possunt in Responsis Jurisperitorum ad finem hujus narrationis annexis (1).

P. Rector
gravatur

ex dictis P.
Pasman,

Verum, cum non solā accusatione Lansmanni P. Rector gravari videretur; aliā narratione, prout tunc resciri potuit, quæstio proposita est. Quæ verò præterea ipsum gravabant, hæc erant :

P. Pasman fassus fuerat, sibi quondam a Fratre nostro Nottyn, Viseto reduce dictum : Regios præ manibus habere stratagema aliquod, quo urbem Trajectensem essent aggressuri; idque posteā se retulisse P. Rectori. Nottyn autem fassus dicebatur, sibi ad arcem Newagne obvium militem loci præsidiarum, Trajecti anteā ludimagistium, narrasse sensum sui doloris ex desperditâ illâ urbe, eique recuperandæ se moliri expeditionem. Item et aliâs ex ipso, cum comes esset Capitaneus Waes, urbis Daelhemensis præfectus, audivisse præ manibus esse stratagema aliquod. — Hæc quomodo extorta, aut quomodo subornata, quis dicet? Miles ille, olim ludimagister, super his sæpius posteā rogatus, sancte affirmavit, juramento etiam interposito, Nostros sibi minime notos fuisse, solum Patrem Pasman de nomine; negavitque a se unquam similia indicata fuisse fratri nostro Nottyn. Et sane, unus ex illis Jurisperitis mirabatur non parum, militi huic vel permissum, vel mandatum a Dno De Maisieres, ut proditionem hanc separati (nostro) Nottyn exponeret, qui ante jussisset peculiariter Lansmanno, ut eam P. Rectori, Patri Pasman et Fr. Stephano indicaret, et non aliis, ut ille in accusatione sua narrarat; præterquam quod constet, a Mazierio prohibitum Lansmanno, ut ne ulli nostrum, multo minus Rectori quidpiam aperiret.

Narrationes illas a Nottyn vel vi extortas, vel subornatas fuisse, ex hoc præterea arguitur, quod et hic et P. Pasman, de his moniti per fidos, etiam gravatâ per P. Ministrum ipsorum conscientiâ, semper negariut P. Rectorem a se gravari; et cum prædicta Fratri Nottyn in theatro prælecta sunt, quæ sola erant et unica accusationis et condemnationis capita, visus est pluries et capite abnuisse, dum legebantur, et posteā conversâ ad populem voce, singula falsitatis arguisse. Constat addidisse etiam, vi tantum cruciatuum sibi illa extorta fuisse; atque his dictis ipsum immortuum esse.

P. Pasman autem rogatus de iis, quæ ex Nottyn inaudiisse dicebatur, respondit : « hoc unum ille foris quondam retulit, sibi dictum, aliquam præ manibus esse » expeditionem. » Convenit hoc responsum cum Epistola, quam ipse P. Pasman ex carcere ad Fratrem suum scripsit 31st Maii, quam hic placuit adjungere.

« Heer ende Broeder, »

« Twee van UL. Brieven syn my geduerende myn Arrest behandight, waer van den eersten den 30 April, den tweeden den 26 May deses loopenden jaers, gedaerteerd was. Hebbe op den eersten pertinentelick geantwoort, en wete niet uyt wat oorsaecke die antwoordde UE. niet ter handt commen is; den lesten sal dese beantwoorden. »

(1) Ad calcem hujus quam exscribo Narrationis, prostant 25 paginæ resolutionum, a peritis istis viris plurimis scriptarum; cum citationibus, in margine, Auctorum, capitum et paragraphorum ex quibus *responsa*, seu *advisa* sua petiverunt. Non ego quidem ista transcribam, sed ad ea legenda plurimum adhortor lectorem, qui pristini Juris Criminalis esset studiosus.

Notandum, istis DD. Jurisperitis hypothesim fuisse propositam, sub conflictis nominibus, quæ erant, ut ibi videre est : Titius, pro Lansmanno. — Mævius, pro Mazerio, gubernatore in Newagne. — Sempronius, pro P. Rectore. — Stichus, pro P. Pasman. — Pamphilus, pro Stephano de Neef. — Petrus, pro Philippo Nottyn. — Hermes, pro milite olim ludimagistro.

« Ick ben 't sedert onderstaene torture (Godt betert) wederom redelick te pas, ende van ontfangene quetsuren byna geheel genesen. Blyve nochtans in Arrest met andere gevangene; niet wetende hoe en wanneer de beclaegeliche, ende voor my ongeluckige saecke haer eynde sal neemen. Bidde Godt, dat hy die selve naer syn Goddelick behaghen wil bestieren, ende eynden tot mynder meerder saelicheyt, ende synder meerder eere en glorie. »

« Ick en hebbe noyt, de dagen myns levens, gedachten gehadt, welcke souden moghen strecken tot verraderye. (Ick swyghe, dat ik in alsulcke leeliche daet geconsenteert, geraeden, ofte andersins my misbruyckt (1) soude hebben). »

« Alleen myn ongeluck is geweest, dat ick onbedachtelick aensoortt hebbe, dat die Spaensche eenen aenslagh op Maestricht (voor) hadden, sonder daer van Rapport te doen; waer van UL. den Heer Auditeur (Jac. Fischbach) breeder kan informeren, indien 't UL. believet. »

« Hier en tusschen onderhoude my met patientie, ende trooste my met Godt, verwachtende met alle resignatie wat Godt, ende die Heeren Rechters, van my sullen disponeren. Ick twyfele niet oft UL. is voor my besorght naer naturen uytwysinghe; maer begheer wilt onmatighe sorghen spaeren, ende UL. droefheyt tempereren; ick hope Godt sal dese saecke dirigeren. In soo verre nochtans my iet onverwachts, dat Godt wilt weren, overquaeme, wilt voor myne siele doen bidden, ende u ten besten troosten. Dat weet ick seker, dat ick in 't punct des verraeds, van Godt geen oordeel ontfangen sal. Hier mede, naer recommandatie aan UL. huysvrouw ende kinders, sal my signeren. »

« U. E. Dienstwillighe en getrouwe broeder,
Gerardus Pasman (2). »

In rem etiam faciunt verba ex 2^a epistolâ ejusdem, quam Dnus Auditor Patri Nysmans prælegit anno 1639, decerpta : « van den plicht des verraedts ben ick onschuldich, ende onnoosel, ende daer op sal ick sterven, end het oordeel

(1) i. e. *missproken*, my *misgaen*, ofte (volgens myne beschuldigers) *mildaen zoude hebben*. Longius enim esset, et tristius, id fratri suo dilecto et dolenti hic narrare.

(2) In copia, quam in Archivo sejunctam reperio, legitur : Superscriptio : « Dem Errentfesten und manhaftsten Herrn Obrist-lieutenant, Joanni Pasman, meinem geliebsten Bruder, zu behandigen in Kaiserswerth.

« Monsieur mon frère. Deux de vos lettres m'ont été remises depuis mon arrestation, la première datée du 30 Avril, la 2^e du 26 Mai, présente année. J'ai pertinemment répondu à la première, et ne sais pour quelle raison cette réponse ne vous est point parvenue. Celle-ci répondra à votre dernière. Depuis la torture que j'ai endurée, je suis, grâce à Dieu, passablement remis, et presque guéri de mes blessures. Je reste cependant aux arrêts, avec d'autres captifs, ne sachant comment, ni quand se terminera cette affaire si déplorable, et si malheureuse pour moi. Priez Dieu, qu'il la dirige selon son bon plaisir, et qu'elle s'achève pour mon salut et pour sa plus grande gloire. — Je n'ai jamais de ma vie pensé à ce qui aurait pu contribuer à une trahison. (Je ne vous dirai pas ici, en quoi j'aurais, dans un fait si détestable, pu consentir, conseiller, ou autrement me méprendre en paroles). — Tout mon malheur a été, que j'ai inconsidérément entendu dire que les Espagnols tramaient un complot contre Maestricht, et que je n'en ai pas fait rapport; c'est de quoi M. l'Auditeur (Jacques Fischbach) pourra vous informer plus longuement, si cela peut vous plaire. — Entretemps, je prends patience, et me console avec Dieu, attendant avec une pleine résignation ce que Dieu, et MM. les Juges disposeront. Je ne doute pas que, selon les exigences de la nature, vous ne soyiez très soucieux de moi; mais je désire que vous modériez votre inquiétude et que vous tempériez votre douleur; j'espère que Dieu dirigera bien cette affaire. Si, toutefois, quelque chose d'imprévu dût me survenir, ce que Dieu veuille détourner, veuillez faire prier pour mon âme, et vous consoler au mieux. Ce que je sais certainement, c'est que pour le fait de la trahison, je n'aurai pas de jugement à subir devant Dieu. En me recommandant à votre femme et à vos enfants, je suis votre frère fidèle et dévoué, Gerard Pasman. »

Gods ontfangen, etc. » Adieu! ick bidde Godt hertelick dat hy de saecke wilt laeten in 't openbaer commen (1). »

Præter ea, quæ ex duabus illis Epistolis sunt testimonia, aliud subjungo ex ipsâ confessione ipsius, cui titulus : « Bekentenis van P. Gerardus Pasman, Priester van de Societeyt Jesu, tot Maestricht. » Paragrapho primo habentur hæc verba : « Protesteert in de tegenwoordicheyt Godts P. Pasman, dat hy noyt kennisse van » het verraedt gedraeghen heeft, ende bidt Godt dat hy hem syn oordeel wilt » weygeren, indien hy oyt, zyn levendaghe, eenige gedachten heeft gehad van » eenigh verraedt in 't werck te stellen, helpen te vervoorderen, ofte raedt daer » in te geven. Ende by dit Protest wilt hy blyven, levende ende stervende (2). »

*fratrisque
Nottyn, sed
ab his, et*

Huc etiam facit id quod Nottyn, post prælectam in carcere condemnationis sententiam objecit Auditori, dum contradicentem prælecta, et negantem, hic incipiebat refutare : Nottyn, inquiebat ille, nosti confessionem a te factam! « Novi, (replicabat » Nottyn), novi eam, quam mihi per cruciatu acerbissimos extorsistis. Quid huic » præter ea addiderit calamus tuus, Deus novit. »

Addo etiam verba a Patre Pasman eidem Auditori, cum alacri quâdam constantiâ *postridie* dicta, quam Nottyn plexus erat, prout ea retulit miles catholicus qui tum apud P. Pasman excubabat. Auditor nempe, dum Golstein apud P. Rectorem versabatur, cubiculum Patris Pasman ingressus : Eia, Pater, inquiebat, an non persistes in iis, quæ ex Nottyn inaudiisse fassus es? — Respondit hic succincte : « Domine » Auditor, in hoc uno persistam tautummodo, nempe : Nottyn, semel, foris redu- » cem, mihi hæc verba dixisse : « Hei Pater, quid audio! dictum mihi, præ manibus » esse expeditionem aliquam in Urbem Trajectensem. » — Hoc unum et unicum mihi » dixit, et in hoc constabo mihi usque ad extremum spiritum. » His auditis, tanquam fulmine ictus, sese statim ex cubiculo proripuit Auditor.

Quam proum tunc erat in tales rumores incidere, eosque domum referre, cum passim et ubique vulgarentur, et nihil fere tam frequens hominum in ore versaretur. Si quis vel ex hoc reus sit læsæ Majestatis, vix civium aliquis, ut ita dicam, evasisset.

*ex opinione
Jurisperito-
rum*

Et sane Jurisperitorum, qui pro defensione Nostrorum scripserunt, sententia erat : « ex solo auditu, cum sensus hic non sit in hominis potestate, non posse quemquam » condemnari, aut cogi ad audita revelanda, propter plurima pericula inde prove- » nientia; præsertim, si ex uno tantummodo, crimen intellexerit. »

Ut autem his ac similibus difficultatibus præcaveretur, alia omnino narratio accusationis eis tradita; quâ, mature discussâ, et Placitis legum ac Doctorum ad singulos articulos adscriptis, asserebant Jurisperiti : P. Rectorem « ne » quidem ad torturam, multo minus ad mortem esse condemnandum. Ad hanc » deveniri non posse... nisi probationes essent liquidissimæ; nec sufficere confes- » siones sociorum. » — Quoad torturam, asserebant regulam generalem esse, quod dictum socii ad eam non sufficiat, « ubi non concurrit mala vita aut infamia » accusati; » imo, etsi hæc concurreret hic, tamen Lansmannum ne posse quidem indicium facere, « cum, præter id, quod sit criminis particeps, patiatur, in casu hoc, » duos insignes defectus : 1º quod falso accusaverit Stephanum, in cuius locum » substitutus sit Nottyn; proinde, in Jure habetur perjurus, et nullâ fide dignus.

(1) Du fait de trahison je suis innocent et non coupable, et sur cela je mourrai, et j'attends le jugement de Dieu... Adieu. Je prie Dieu qu'il veuille dévoiler l'affaire.

(2) Affirmation du.... Le P. Pasman proteste, en présence de Dieu, qu'il n'a jamais eu *conscience* d'une trahison, et prie Dieu qu'il lui refuse son jugement, s'il a jamais de sa vie eu la pensée d'une trahison, ou d'y aider par acte ou par conseil; à la vie, ou à la mort il veut se tenir à cette protestation.

» — Deinde, alii notabiles reperiuntur defectus in declarationibus, quas a se factas dicit Rectori, Pasmanno et Stephano. » « De hoc, (Stephano) Judicium ipsorum calculis absoluto (Lansmannus) dixit notorie falsa. P. Pasman nequidem in tortura fassus est se audivisse Lansmanni narrationes, prout hic a se factas esse asseruerat. Nottyn nihil ab hoc, sed a Ludimastro, accepta narratur retulisse Rectori. Cum autem praedicti duo testes, Pasman et Nottyn, nullomodo dicant relationem Rectori factam ea ratione, iisque notis, quibus a se dictam asseruerat Lansman, et tamen ei Pasman interfuerit, prævalere debent eorum dicta accusationi a Lansmanno factæ, etiam morte confirmatae; præsertim, cum in dubiis, pro ipsis reis, eorumque probationibus judicandum sit. »

Immo, nequidem ea, quæ dicuntur declarata Rectori a Pasmanno et Nottyn, sufficiunt ad torturam, quia inter se sunt singularia plane et diversa. Et, ut non sint, Rector tamen non est in noxa, quod non revelaverit. Nihil enim habebat ex complicibus, aut ab iis, qui facere (indictum) poterant, sed tantum ex illis qui ab aliis audierant. « Talis autem non dicitur conscientia. Si enim testes de auditu auditus nihil probent, etsi mille forent; multo minus tenetur quis revelare ea, quæ de auditu auditus intellexit. » — « Scire etiam quis non dicitur, ubi in nube sit, et qualitates substantiales facti ignorat. »

Praeter hæc (DD. Jurisperiti) considerandam asserebant qualitatem personarum et sociorum, qui, si sint in aliquo perjuri, si eis promissa fuerit vitæ securitas, aut de ea promissione sint præsumptiones, si ante torturam contrarium pro innocentia etiam sociorum dixerint; item, an præcesserint legitima indicia ad torturam, an tortura fuerit immoderata, an accusantes sint omni exceptione majores, persona autem accusati sit bonæ vitæ, famæ et nominis? Quia uno illorum concurrente, etsi aliæ rationes cessarent ex facti serie resultantes, tantum abest ut adesset indicium ad torturam, quin, secundum plurimos, nequidem ad inquisitionem.

Ex quibus, aliisque pluribus, quæ legi poterunt in Jurisconsultorum responsis, infra (in veteri MS) adjunctis, facile colligere erat, quam in multis accusatio Lansmanni deficeret. — Propriâ confessione erat reus, ac proinde infamis, falsi in accusando convictus, varius et erroneus in designando P. Pasmanni socio, varius etiam et vacillans in circumstantiis declarationis a se factæ narrandis.

Cum ei, nocte Dominicam Palmarum præcedente, interfuius, narrabat hanc factam Patri Pasmanno et Stephano, ad portam primam Collegii in atrio semi-narum. Patri autem Rectori separatim, in atrio altero intra portam secundam. Ubi ab ipso exactum fuit juramentum; alias dixit et Patrem Pasman, et Stephanum huic interfuisse. Cum verò postea Lansmannus in conspectum P. Rectoris fuit productus, asseruit sese rem eidem aperuisse ad primam portam, cum in interiori atrio ad hortum florum agerent inter se P. Pasman et Nottyn.

Facile non tantum errores, sed et mendacia deprehendi potuissent, si grata judicibus fuisset veritas. Sed vel ipsi potius mendacia fabricabant, ut innocentes perderent.

Mendaciis non semel P. Rectorem aggressi sunt. Affirmabant eum esse convictum; accusari ipsum etiam a Patre Vinck. Vicissim, ut hunc contra P. Rectorem instigarent, retulerant eum a Jesuitis esse delatum. Sic et plura narrabant a P. Pasman et a Fratre Nottyn delata. — Ergo, istis hominibus frustrè Consultationes jurispritorum oblatæ sunt, intentis non in rei veritatem indagandum, sed in arma confingenda perdendis miseris.

In hunc finem, die 9^a Maii, sub horam 10^{am} nocturnam Pater Rector applicatus fuit torturæ, atque in eadem detentus fere ad 8^{am} usque vespertinam diei sequentis, qui erat S. Jobo patienti sacer. Expositus, non tantum ignibus, aculeis collaris, aliisque cruciatibus, sed et acerbissimorum et sordidorum hominum ludibriis et

excusandus
est.

P. Rector
torquetur
per 22 horas.

scommatis, qui subinde mutatis vicibus in proximâ popinâ, cui Leopardus insigne erat, interim dum miser cruciabatur, exultabant inter aleas, chartas lusorias et pocula. Poterat dicere cum S. Ignatio, Martyre, sese pugnare ad bestias, noctu diuque ligatus cum decem leopardis etc. Hic ad viginti adfuisse dicebantur.

Magnus eo tempore tota civitate luctus erat. Palam enim per viciniam audiebantur ejulatus, et clamores vehementiores, quos cum non ferre possent viri feminæque, ex plateâ et macello, quod loco torturæ vicino contignum erat, sese proripiebant. Id tamen solabatur omnes, quod eum audirent constantem in defendendâ suâ innocentia. Resonabant undique ejus voces magnâ contentione sæpius ingeminantes : « Non novi Lansmannum ! Nunquam ei locutus eram ! Torquete, imo occidite me, » nunquam aliud extorquebitis ! » Et hoc continuo repetebat : se mori paratum, et nunquam aliud dicturum, quam, virum illum nunquam ante a se visum ; nedum quidquam egisse de nefario isto consilio.

Nihil proficiebant voces istæ apud homines, quibus unica veritatis obruendæ et perdendi innocentem cura. Homini, cui procuratio Domus senatoriae commissa, tantum non ereptum fuit officium cum stipendio, quia uxor ejus, dum audiebat P. Rectoris lamenta, in has voces eruperat : O bone Deus, conforta virum istum, ut ne quid fateatur contra veritatem ! — Excanduit enim ad hæc summopere Golstenius, et ægre contineri potuit quin utrumque, virum cum feminâ, domo statim expelleret, et viro abrogaret officium. Qualis est Judex, qui tantopere veritatem odit et detestatur !

Mire deprædicabatur interea, vel ab ipsis hærelicis, fortissimi P. Rectoris nostri constantia, et insignis prudentia; quem asserebant ne in verbo quidem unico peccasse, quod quibusdam etiam pro miraculo videbatur haberi.

Et sane mirabile fuit, virum affectione corporis, ut eum novimus, tenerâ, qui minima summe sentire solebat, ad viginti usque horas durare potuisse tantis in cruciatibus; atque id sine ullâ refectione.

Semel super hac re conquerenti, et potum roganti propinaverunt absynthidem. Reposuit ille tum, pacatissimo animo : « Dominus meus et felle, et aceto, et absynthio potatus fuit ! » Alii subinde, tabaci fumum in os ejus insufflabant; alii alia ludibria miscebant hujusmodi.

Quæ, ex acerbitate tantâ tormentorum, fuerit necessario consecuta corporis et membrorum affectio, qui dolores fuerint et vulnera, facile erit assequi consideranti formam instrumentorum torturæ, quam jam supra descriptimus.

Nullus autem calamus, effigiem viri miserandam depinget melius, quam medicorum, qui miseris post torturam curandis adhibiti fuerunt. Hi enim, expediti a Commissariis Statuum, huc missis ad expensarum examina, sequentem obtulerunt teutonice conscriptam Informationem :

Antwoord en informatie, aan de Commissarissen van State gegeven, door de Heeren geneesmeesters over de geexecuteerden, i. e. Responsio et informatio a Medicis data.....

« Alsoo ons onderschrevene geseydt is, dat haere Hooch Mogentheden, aleer iet te ordonneren, op 't gene *by ons* geheyscht wort voor de cure door ons gedaen aen de twee geexecuteerde, te weten Toussin Sylvius, Capellaen van onze L. Vrouwe, ende Philips Nottyn, Jesuit, wel geerne eenichtsins souden willen bericht wesen over de qualiteyt, grootte of cleynte van de voorschreven Cure; ten welcken eynde, ende om te justifieeren onsen voorschreven heysch, sal aen haer Hoogh-Mogentheden mogen voorgehouden worden den miserabelen en schromelicken staedt ende gesteltenisse, waerin de voorschreven twee Patienten waeren, als deselve *by* den Gestrongen Crygsraedt ons syn in handen gesteldt om te cureren, te weten :

“ Syn die twee voorschreven Patienten, in den jaere 1638, den lesten Meert, beyde getortureert geweest van t’savonds ten halve ure thien, de geheele nacht, tot smorgens acht uren, alswanneer de selve gelyck voorscreven staet, by den Crygsraedt ons syn overgelevert soo miserabel dat het onsprekelick is, ende ons schroomt als wy maer alleen daerop dencken. Hunnen hals van beyde, was teenemael van den halsband doorhackett ende gevilt, hunne borsten, buyck, ende voorts tot de knien toe, was ecne quetsure, geheel doorbraden ende verbrandt; geheel diep inge-eten, ter oorzaeke van sekere materien, die hun in ’t midden van ’t braeden over hun lichaem wiert gegoten, de welke soo diep was inbytende, ende in-etende, dat de voorscreven Patienten beyde ons naderhandt geseydt hebben, dat hun hemel en aerde te nauwe ende te engher wierdt, ende niet anders en meynden oft iemandt hadde hun al d’ingewanden uytgetrocken. Mits welck schromelick in-eten; soo moesten noodtsakelick, om het gecankerizeert vleesch van ’t levende vleesch te separeren, veele dicke groote lappen vleesch op den buyck ende borst uytgesnede worden; hunnen sack van de mannelicheyt was door d’invloeden van alle quaede swaere humeuren, door ’t lanck ende onghemackelick sitten op ’t cruys, geswollen soo groot als een hooft, ende gecankerizeert door ’t overgieten van de voorscrevene in-etende materie, soo dat men hun diverse incisien daer in moeste doen, ende, uyt de selve oorzaeke, hunne mannelicke roede hebben wy moeten voor afzetten. Hun fondament was gekankeriseert ende ontsteken, door het pynelick ende soo langhe sitten op het cruys van den stoele, hunne handen, ende groote teenen, die van achter op de torture waeren by een gebonden geweest, waeren van de koorden geheel doorsneden tot op de beenen toe. Den voorscreven Nottyn zyn in de tweede torture zyne lenden geheel gecrockt geweest; om welke groote ende swaere quetsuren te cureren, en syn wy niet met twee dosynen servietten tot plaesterdoeken alle daeghe, ende met eenen vollen merktkorf vetzen oft wiecken niet toecommen, ende sulx negen weken lanck, welcken tyd gedurende, sy beyde soo machteloos syn geweest, dat wy hunne vuylicheyt van onder ende boven met doecken hebben ontfanghen, ende (want sy onder hun, overmits de swaere contusie in hun fondament door ’t voorscreven pynelick en lanck sitten op ’t voorscreven cruys geen slot en hadden), soo ist dat onse bedde laeckens onder hun verrot ende vervuylt zyn geworden. Het waere noodeloos te verhaelen den grooten stanck, ende swaeren reuck, die de voorschrevene vervuylden en gecankerde quetsuren hebben van hun gegeven, ende sulx een ieder genoech by syn selven kan gepeysen; doch om eenichsins te thoonen hoe groot de selve is geweest, wy onderschreven verclaeren mits desen, dat wy den stanck alleen niet voor duysen Ryndaelders en souden willen verdraegen. Een ieder was ons vliedende, niemandt en wilde met ons eten of drinken; selfs onse dienstmaerte wilde om den stanck ons huys verlaeten. Wy laeten staen dat wy beyde, ’t sedert dien tydt af, noyt gezonde ure en hebben gehad, mits de quaede corruptie die wy uit den voorschreven quaeden stanck hebben getrocken.

Boven allen ’t gene voorscreven staet, hebben wy met gereedt gelt moeten coopen allerhande medicamenten ende drancken, olien, syropen ende conserven, die uitermaeten vele gecost hebben; want ons by den Crygsraedt was bevolen, dat wy geen costen en souden spaeren; ten minsten, dat wy dito Patienten wederom costen op de beenen brenghen, gelyck wy met Gods hulpe oock hebben gedaen. Oock, hebben wy de soldaeten van de wacht voor den meesten tydt moeten tracteren in eten en drinken, voor dat sy ons behulpich waeren in ’t erbedden, keeren en wenden van de voorscreven Patienten; boven noch vele andere meer oncosten ende schaeden, die wy, ten opsiene van ’t bovengeschreven,

hebben moeten doen en lyden, die te veele ende te lanck souden syn hier te verhaelen; waerdoor wy onse meubelen genoodsaekt syn geweest te begeven, ende daerop in den Lombaert gelt te haelen, om alle oncosten te betaelen, die wy niet en hebben counen geborcht krygen; uit allen welke, hoewel sulx de helft van onse miserien niet uyt en drukt, eenichsins kan nagerekent worden of onsen heysch van 350 Patakons voor 't cureren van die Patienten te veel is.....

« Aengaende P. Pasman ; hy is op de selve maniere gestelt, en getracteert geweest. Zynen navel op den buyck uitgesworen, van boven de beenen tot de knien toe gebraden, de manneliche partyen, de pype ofte roede afgezet; waer af voor de Cure maer gezet is 50 Patacons; maeckt t'samen voor de 3 a 4 hondert Ryxdaelders (1). »

Quod si, ex istorum torturâ tam horrenda consecuta sint mala, quid Patri Rectori accidisse censendum est, si temporis duratio perpendatur?

Erat ad extrema redactus, et omnino credebatur fore, ut brevi extingueretur. Hæc sibi, licet innocent, toleranda questus est non semel medico; sese tamen, aiebat, propterea nihil in animo rancoris erga Judices sentire.

Post torturam tantam, fuit custodiæ traditus hominis acerbissime hæretici, atque in ejusdem ædes deportatus, sævissimi sui, quod merito dici potest, tortoris. Hic enim est, qui reliquis petulantior insigniter funes, quibus collare illud ferreum tendebatur, pulsaverat, ut aculei miserandum hominem acrius pungerent et lacerarent.

Postridie toleratæ torturæ bonus ille Pater misit, et dispensari petiit a P. Ministro super lege Canonicarum precum, quâ sese non tèneri sane sat noverat; sed judicavimus eum hac ratione indicasse, quam affecto esset corpore.

Noctem deinde inter 12^{am} et 13^{am} Maii traduxerunt in oratione nostri. Moniti enim erant P. Rectorem torturæ rursus applicandum esse, quod tamen non accidisse compertum est sequenti mane. Assessores tamen Consilii bellici totam noctem ei adfuerant. Ignis in cubiculo constructus fuerat, et instrumenta torturæ allata. Creditum fuit judices, quia mortem ipsi verebantur, experiri voluisse, an vel minis possent aliquid extorquere.

Idem periculum ipsi timebatur die 22^a Maii. Meliuscule a remittente nonnihil febri cœperat ei esse. Urgebant tum torturam judices, in eum vehementius exacerbati, quod in defensione suâ fuisse animosiùs locutus. Clamabant esse torquendum, dum fateretur scelus : « Conscium esse! hoc certo constare! imo, etsi continget ut per aliquot potentiores vitæ gratiam obtineret, sese tamen tamdiù acturos, donec extorquerent quæ scirent ab ipso sciri. » Hujusmodi erant continui, apud quosvis, istorum judicum sermones. Laborabant summopere, ut sese tandem extricarent difficultibus, quos afferebat patientis constantia et fortitudo. Verum præcipue timebant ne, si evaderet, plurima detegerentur. Pluries etiam, per (quosdam) fidos monebant patrem Pasman, ut meminisset dictorum in torturâ, eaque recte expenderet, et revocaret, si quid perperam excidisset. Sed is semper respondit, nihil a se dictum quod P. Rectorem gravare, aut ei obesse posset.

Urgente in dies magis supplicii periculo imminenti, nihil (a nobis aliisque) prætermittebatur, quod ad subsidium miserorum conducere posse censebatur. Undique conquirebantur consilia, et auxilia; præsertim nunc in aula Gallicâ; cum jam appareret satis, nihil admodum deferri Principi Leodiensi.

Mendacia
et minœ ad-
hibentur in
vanum.

(1) Cette déclaration des médecins décrit tout cruellement les horribles plaies causées par la torture; les mutilations, les amputations qu'ils ont dû faire, pour conserver les Patients en vie. Nous croyons pouvoir nous dispenser de traduire cette pièce.

Adversarii vero, nonnullos etiam ex suis mittebant Hagam-comitis, ut ibi conatibus nostris obsisterent, et invigilarent.

Ex iis reduces aliqui die 29^a Maii, attulisse videbantur Statuum mandata, quibus Concilio bellico dabatur amplior potestas inchoatā in re progrediendi. Imo, tum temporis, timebatur valde Fisco addicenda bona collegii. Inquirebatur enim seriō super eorumdem valore, non tantum in Urbe, sed etiam foris, varios examinando rusticos.

Ad Ducem Bullonium, Sedani adhuc harentem, iterum recursum est ab aliis, ut Trajectum tempori rediret, honorique suo consuleret; medio etenim Junio intercepta erat, a praefecto arcis in pago Luyt, epistola, quā Golstenio scribebatur ex Hollandiā, illum pro certo habendum pro complice, si modo non reverteretur.

Post multos iterum conatus adhibitos a Patribus Gallis : a Patre Jacobo Sirmondo, Confessario, a P. Gaspare Seguirano, concionatore Regis, a P. Joanne Suffreno, qui tum Reginæ matri Bruxellis aderat, effectum est ut litteræ Regiæ in patrocinium nostrorum 29^a Maii pervenerint ad D. d'Estampes, Hagæ tunc Legatum, et deinde, die 10^a Junii, litteræ ipsius Regis ad Status-Generales. — Pridem pro illis egerat Legatus apud Principem Auraicum, qui promiserat non procedendum temere in causa istâ; sed summa æquitate. Impetrare tamen ab illo non potuit, ut ad aliud Tribunal res evocaretur. (Legatus, tum) jam munitus Regiis litteris, id etiam apud Ordines (Statuum) coepit statim urgere, oblatō in hunc finem libello, die 31^a Maii, super quo statim deliberari, ac aliquid decerni petuit; et quia periculum timebat, illi moram aliquam afferre conabatur. Libellus ille conscriptus erat in hæc verba :

Messieurs,

« Le Roy, ayant appris avecque grand contentement, que la trahison de Maestricht auroit este decouverte, a pareillement sceu avec beaucoup de douleur, qu'entre les Accusés il y avoit des Ecclésiastiques, Jésuites, et autres personnes religieuses enveloppéz. »

« Sa Majesté, autant pieux que juste, et qui a de l'amour pour vous, m'a ordonné de dire à Vos Seigneuries que, si bien qu'il aime tellement la justice, qu'il ne voudroit point parler pour des meschans, et moins pour des traîtres à leurs Souverains : aussi croit-il estre obligé de vous convier, comme Roy très chrestien, de vous prier comme fils ainé de l'Eglise, et de vous exhorter comme ses bons amis, alliéz et confederés, et pour votre propre réputation, de vouloir examiner ceste affaire, avec le plus de considération que vous en ayiez jamais fait aucune en vostre Estat; afin que l'on puisse croire, que vous ayiez rendu justice à des Religieux de contraire profession et créance à la vostre : ce qui ne seroit pas, ce semble, si des gens de guerre, et en garnison dans ceste place, qu'on peut à bon droit soubçonner de quelque interest en ce faict, estoient leurs Juges, et si vous les traitiez comme des soldats enroléz. »

« Il a esté practiqué autrefois (chez vous) de députer des personnes du Conseil d'Estat, pour assister tant à l'instruction, qu'au jugement de quelqu'unes de moindre conséquence que celle-cy. Sa Majesté estime, que Vos Seigneuries ne luy scauroient pas refuzer une pareille faveur, qui a esté par Vous octroyée, et de votre seul mouvement, a (d'autres) de vos subjects. Mais (ceux-cy) ils sont de plus Bourgeois de Maestricht, et s'ils ne peuvent jouir du privilége que leur donne le caractère de leur Ordre, vous ne leur pouvez au moins desnier, celui que vous leur avez accordé, et signé par la Capitulation de ceste ville, qu'ils ne soient jugéz par les formes ordinaires des bourgeois de ce lieu; et, qu'avec vos juges, ceux de Mgr l'Electeur de Cologne y soyent appeléz. »

« Le Roy m'a commandé de luy rendre responce au plus tot. »

Intercedere
frustra conan-
tur plures,

et ipsa Aula
Gallica, cui

« Je l'attendrai de Vos SS. aussi favorable que je me la promets, et qui puisse en une occasion esgalement pleine de piété et de justice, contenter sa Majesté. »

« Cependant, afin que, une proposition telle comme celle-cy, ne soit point rendue illusoire, je vous demande en son nom qu'il plaise a Vos Seigneuries, de délibérer dès ce matin une Ordonnance, qui sera envoyée exprès et en diligence a Vostre Conseil de guerre de Maestricht, afin qu'il soit sursis au jugement de ceste affaire, jusques à ce que autrement par Vous en aist esté ordonné; et que je puisse aujourd'huy estre informé de ceste surséance, afin de l'escrire dès demain à Sa Majesté.

A La Haye, le dernier de May, mil six cens trente-huit. »

*non acquies-
citur, et*

Postridie Legatus (Dnus d'Estampos) adiit ad Dnum de Noortwyck, qui eâ septimanâ in consessu Ordinum præsidebat, ab eoque intellexit priùs scribendum ad Principem Auraicum, ut ejus quamprimum haberetur opinio. Proinde et ipse ad eumdem, una cum litteris suis, misit exemplar Supplicæ a se pridie oblatæ. Simul intellexit difficulter impetrandum, ut captivorum causa evocaretur ad alios Judices, nisi Princeps Leodiensis testaretur sese in hoc consentire ut nulli, ex sua parte, adjungerentur Commissarii, sine tamen præjudicio juris circa alia in posterum.

Peregrina sane hæc conditio visa est prudentioribus amicis, quasi dicerent Status sese in aliis causis admissuros Principis Commissarios, dummodo permittat ut in causâ hâc nou adhibeantur. Cur, quæso, in hac causâ nolunt eos admittere potius quam in aliis, nisi quia timent ne in lucem prodeat eorum iniquitas et crudelitas in innocentes? Nonne hoc est aperte tergiversari? Cum, nomine Regis Galici, petatur ut Commissarii Principis Leodiensis in hâc causâ interveniant, illud negare Regi in hâc pro quâ intercedit, et in aliis causis pro quibus non intercedit, id quasi polliceri, dum hoc nihil ad Regem pertineat. Deinde, quorsum Hollandi petunt ut Princeps consentiat in alios judices ponendos, non adjunctis Leodiensibus! nam si ex vi pactorum non teneantur hos adjungere, non indigent ejus veniâ, neque consensu scripto: Si autem hos tenentur adjungere, cur toties id petenti Principi reluctantur, negando id quod jure concedere tenentur? Denique, quid proderit alios committi Judices exclusis Leodiensibus, cum verosimiliter DD. Statuum daturi sint haud minus partiales, ac sunt Capitanei, qui hactenus Judicium exercuere suum? — Quid hoc proderit, (præsertim cum reis nullus permittatur Advocatus;) quid, nisi ut in speciem videantur, servato aliquo Juris ordine, illos damnasse, quos nunc prudentissimus quisque videt, furore militari contra jus et æquum condemnari. Princeps itaque eorum postulatis subscribendo, sibi præjudicium creaturus est, nullo Patrum commodo. Sane, cum omnibus probis et æquis judicibus optandum sit, ut reus se probet innocentem, et ad id ipsi libenter et ultiro media suppeditare debeant; quis concipiat, quid causæ sit cur miseris, rogatu summorum Regum ac Principum, non concedatur, ut se per Advocatum aliquem jure possint defendere sub competenti Judge? Certe qui in hac tam justâ causâ, et humanis affectibus sententiisque consonâ, hortante ipsâ communione naturæ, tam pertinaciter summorum Principum postulatis resistunt, nonne gravem suspicionem injiciunt latents alicujus in hoc Judicio malevolentiae et iniquitatis? Nonne, judicio orbis terrarum absolvant, quos sic ipsi damnabunt? Nonne suspecta reddent acta omnia, quæ contra eos præferent?

Hic erat sensus Moderatorum, qui censebant nec Principis Electoris honori convenire, neque etiam nostro, ut in hanc conditionem consentiretur. Quare scriptum fuit ad R. P. Rectorem Coloniensem, ut super his omnibus mature deliberaretur. Judicabatur expedire, ut causa innocentium permitteretur potius divinæ Providentiae, quam aliorum Commissariorum judicio, a quibus pejus exspectandum videretur.

Hagæ-Comitum vero, dum deliberabatur non adeò omnibus inter se consentientibus, erant nonnulli qui censebant eò P. Rectorem evocandum esse : talem virum, isthic ab annis aliquot notum, et commendatum a prudentiâ aliisque donis, non esse permittendum viris militaribus. Et hæc sententia tantum non evicerat, nisi aliqui Golstenio benevoli eam evertissent. Et hic (Golstenius nempe) postea Dno Paludano, Collegii Advocato, dixit : « P. Rectorem, si Hagam deductus fuisse, evasurum fuisse. » Dicebat vernacule, digitis concrepando ad labia sua : Wy en souden aen hem niet dat gehadt hebben ! — Ast, Deo non placuit faustum istiusmodi Collegio collegisque Decretum. Infeliciter etiam successit Oratoris Galliae petitio, cui per suos deputatos die 19^a Junii Domini Statuum tradiderunt responsum minus gratum ; eumque simul rogarunt ut acquiesceret, visis reorum confessionibus, ex quibus, ut prætendi dicebant, perciperetur satis, in hoc negotio non procedi passionate, Sed hic subjungimus exemplar Scripti Legato traditi (1) :

« Sabbathi, den 19 Juny, 1638. »

« Onsfanghen eene Missive van den Coninck van Vranckryck, tot S. Germain en Laye, den 10 deser geschreven, waerby Syne Majesteyt recommandeert dat de Paepsche Religieusen tot Maestricht gevangen, ter saecke van het ontdeckte Verraedt, mochten (over) gesteldt worden aen Politique Rechters (door) hare Hoogmogentheden te committeeren. Oock gesien 't Advies des Raeds van Staete, geformeert den 17^a der selver Maendt, op de respective Memoriën, by den Heer Ambassadeur van den Hoochtedgedachten Coninck den lesten Mey lestleden, oock den 15^a deser aen haer Hoogh Mogende : op gelyck subject respectivelyck overgegeven ; houdende in effect het voorseide Advies : dat den gemelden Raedt niet en twyfelt, oft de Paepsche Geestelicheyt heeft grootste debvoiren ende instantie in Vrankryk gedaen, om aldaer de voorseide Intercessie te vercrygen ; Maer, haere Ho : Mo : weten naer haer wysheit te oordeelen, dat het Stuck van de voorse gevangene eene saecke is, de welcke ten hoogsten raeckt niet alleen het welvaeren van deser Staedt, maer dat ook de Deputatie van de Regeringhe van dien, seer veel daer aen is gelegen, dat daerinne goede Justitie worde gadministeerd. »

respondent
Dni Statuum.

« Waer van, om de Procedueren, die daerinne gehouden worden, door Intercessien niet te laeten interrumperen, ende evenwel wech te nemen de quaede impressien, die men nemen wilt, van, dat in de Saecke onordentlick tegen de Geesteliche soude worden geprocedeert, hebben Haere Ho : Mo : wel gedaen, dat sy aen den gemelten Heer Ambassadeur communicatie gegeven hebben van de Stucken van het Proces.

(1) Cette réponse des Etats Confédérés, communiquée à l'Amambadeur de France par leurs Députés, et transcrise par ceux du Conseil de guerre, est d'un style peu attrayant, et d'une orthographe très fautive.

En voici le résumé :

Après avoir rappelé la lettre du Roi (Louis XIII) datée de S. Germain en Laye, le 10 juin, et la mémoire de l'Amambadeur, elle dit : que sans doute les Papistes ont fait de grandes instances auprès de S. M. pour obtenir cette intercession ;.... mais, que le crime en question ne concerne que les Etats ;.... qu'ils ont communiqué les pièces du Procès à l'Amambadeur ;.... qu'ils lui ont envoyé le baron de Swartzenborch, avec un autre membre des Etats, pour le prier de se contenter de cette seule communication de pièces, qui prouvent, disent-ils, que la procédure se fait en dehors de toute passion antireligieuse.

Que le sursis d'exécution, demandé par l'ambassadeur, est contraire au cours de la Justice; qu'ils espèrent que le Roi de France admettra leur excuse ;... et qu'il ne se laissera plus circonvenir... afin que d'une demande en sursis, il ne soit reduit à passer à une demande en grâce, qui ne serait pas accueillie...

Que, pour ce qui regarde la compétence du Conseil de guerre de Maestricht, Mr l'Amambadeur veuille bien consulter la réponse donnée naguères à l'Electeur de Cologne...

« Waerop gedelibereert synde, hebben haer Ho : Mo : goetgevonden, ende verstaen mits desen, te versoecken, en te committeren den heer Baren van Swartzenborch, als oock iemand uytten gemelten Raedt van Staete (die de selve sal goetvinden den gemelten Heer van Swartzenborgh by te voeghen) om den gemelten Ambassadeur te versoecken, sich met de voorz^e Communicatie te vernoeghen, als waeruit claerlick blyken can, dat in de saecke geprocedeert wert, niet uyt passie van Religie, ofte eenige andere consideratie dien aengaende, maer alleen om behoorlick ende judicielick te doen straffen eene openbaere, ende schandelicke verraderye, die minst betaemt aan personen van de sulcke Professie. »

« Maer, wat belangt de versoekte Surceantie van executie, de selve oordeelen haere Ho : Mo : in conformité van het meer gemelte advies, te strecken tegen den ordinarissen cours van de justitie; ende en twyfelen niet, oft den Coninck van Vranckryck sal de Excuse van haere Ho : Mo : aennemen, om anderszins door de voorgeseide Geestelicheyt niet meer aengeloopen te worden, ende van de Surceantie, niet te vervallen in een versoek van Pardon, d'welcke de Constitutie van desen Staet, en de inclinatie van de gemeente, niet en zouden kunnen lyden. »

« Waerom de gemelte Heeren haerer Ho : Mo : gedeputeerden, den gemelten Heer Ambassadeur oock sullen versoecken, de voorse saecke favorabelick aan den Coninck synen Meester te rapporteren, en te helpen excuseren. »

« Ende, nopens de wettelicheyt van proceduren van den Chrychraedt te Maestricht, daer sullen de meer gemelte Heeren, haerer Hoog-moghender gedeputeerden, allegueren de redenen, die voor desen aan den Churforst van Ceulen, tot antwoort op gelycke subject by missive syn togesonden (geweest), ende sal tot dien eynde, gemaect, en aan de meergemelte Heeren haerer Ho : Mo : gedeputeerden, ter handt gestelt worden (een) Extract uit de voorse Missive, om sich daer van te dienen by den meer gemelten Ambassadeur. »

Habitâ jam ultimâ Statuum resolutione, factus progressus fuit ad ulteriores quæstiones, reorumque supplicia. Nondum tamen P. Rector ad torturam, quæ avide ab hominibus istis expetebatur, idoneus erat.

Éum die 4^a Junii viserat Golstenius, a 1^a meridianâ usque ad 5^m, solus cum solo locutus. Urserat eum valde, ut proderet initia et progressum prodigionis. Aiebat patrem Vinck omnia, quorum fuisset conscius, sincere sibi exposuisse; qui et addidisset, si plura desideraret, ex Patre Rectore resciri posse reliqua! Egregium commentum! Similia multa sæpe fingebantur quæ oggererent, ut sic miseris illudarent, et delusos intricarent.

Plectitur
P. Vinck.

Ipse P. Vinck, post trimestrem carcerem, et semel toleratam torturam, septimâ tandem Junii, inter singularem pietatem et animi hilaritatem, quæ etiam hæreticis mira accidit, plexus est capite in foro lignario, quod præ mœnibus expositum est. Pridie, Minoritæ, per Supplicam Concilio bellico oblatam, petierant, ut, tanquam in Civitate catholicâ, duo ex suis permitterentur Patri adesse extremâ nocte, et sequenti die in supplicio, ut eidem Sacra administrarent? Si vero id non concederetur; saltem unus, præsente aliquo a judicibus designando, audiret confessionem auricularem; aut accepto tantum signo contritionis absolveret? deinde, ut cadaver eis posteâ permitteretur, in templo Ordinis sui sepeliendum?

Ne ullum quidem ad hæc impetrarunt responsum; sicut nec ipse P. Vinck, qui rogarat Sacellatum ab ipsis designandum, a quo in plateâ absolveretur.

Alium tamen, insciis hominibus istis, ipsi procuravit clam P. Guardianus.

Postea, nihil aliud audiebatur nisi P. Rectorem, quam primùm valeret, rapiendum ad torturam. De P. Pasman et Fr. Nottyn altum erat silentium. Totam inde noctem, 12^a Junii, traduxerunt Nostri (domi) in precibus, quia nunciatum erat torturam pro certo adhibendam. Sed aliâ longe nocte ista peracta sunt. — In carcerem vero adducebantur (alii), nempe, Pastor S. Martini in eâ parte urbis quæ Wyck vocatur. Duo, (etiam) Religiosi ex Ordine Crucigerorum, et tres alii Sacerdotes sœculares. His, post detectam proditionem, complicesque (Lansmanni) captos, Dnus Tus-sanus Sylvius, Sacellanus D. Virginis, aperuerat animi sui angores; atque petierat latebris locum. Huic deinde, 24^a Junii caput præcisum fuit, et corpus in portico Templi sui sepultum. Unum hoc noxæ fuit ipsi : eum a Mazerio rogatum fuisse, ut domum contiguam ædibus Lansmanni inhabitaret; a quo simul audierat, in genere : circa illam posse aliquid in obsequium Regis aliquando præstari. — Reliqui, ejus indicio capti, Religiosi et Sacerdotes in libertatem restituti sunt.

In carcerem
ducuntur
alii viri, et

Sacellano
B. V. caput
amputatur.

Dum intereà Nostris (omnibus) male timeretur, atque suprema portenderentur, consulebamus rebus Collegii, quoad ejus fieri poterat; supellectilem lineam et argenteam pro opportunitate subin exportando, alia aliis locis intra urbem condendo. Sed non exiguae difficultates occurrabant, tum ab excubatoribus ad portas, tum a civibus nos et nostra refugientibus.

Jampridem etiam conati eramus consulere spirituali necessitati Captivorum, ad quos jam per trimestrem nemini ex civibus, minime autem cuiquam ex Ordine Ecclesiastico, permittebatur accessus.

Captivorum
necessitati
consulitur.

Opportune, P. Rectori subvenit filia ex-Consulis Cauwenberg qui concaptivus erat. Illa, a pietate et prudentiâ omnibus grata, dextere obtentâ accedendi libertate, aliquoties dum Parentem inviseret, sacram Synaxiu subministravit, obtentâ ex Collegio parvulâ pixide, peculiariter in hunc usum adornatâ. Postquam vero P. Rector inde in domum Præfecti militaris deportatus fuit, idem obsequium illis, cooperante quodam Sacellano S. Servatii, præstît muliercula quædam, uxori istius Præfecti militaris in domesticis servitiis assidua et fidelis. Solebat hæc subinde in papas et papistas, ut aiunt, aliqua effutire, ut melius sibi fidem et gratiam hæreticorum demereretur. Per illam etiam effectum, ut ipso die supplicii, et PP. Rector et Pasman industrie præmoniti, sibi mutuo sacram Absolutionem impertierint, dum preter vitreas quasdam fenestras interiores, per quas inter se videri poterant, transirent. Præbita etiam, paulò post, sacra Eucharistia; quam fratri etiam nostro Philippo Nottyn detulerat, paucis ante ejus mortem diebus; uti, fere tribus septimanis ante, semel adhuc Patri Pasman, subministrato priùs Sacerdote ad absolutionem impertiebantur. Quibus tunc acceptis, præter solitum hilaris (P. Pasman) dixerat : jam nihil timeo! sum ad omnia paratissimus; prouti Deo visum fuerit, agatur de me! — Et is, exinde fuit erectior et constantior, adeò ut a quibusdam filiabus, quibus subinde, sed raro, indulgebatur accessus in carcerem, de pusillanimitate monitus, responderit : Et ego ostendam contrarium! Tormentis antehac mibi rationem; nunc calumniando me, conantur honorem eripere!

Ita, quocumque sieri potuit modo, prospiciebatur de spiritualibus armis et præsidiis suppeditandis; et adjungebantur a domesticis alia pia opera, precesque, in quibus 5^a Julii pernoctavimus, quia iterum, uti et aliis diebus, spargebatur P. Rectorem torturæ subjiciendum.

Rescitum posteà fuit assessori Concilii bellici totam noctem diei 7^a simul deliberasse. Tortum fuisse dicebant alii P. Rectorem, alii vero Patrem Pasman. Id certò deinde nuntiatum fuit : P. Rectorem, die 6^a Julii de nocte, ex domo in quâ

hactenus curatus fuerat, deportatum fuisse ad aedes Praepositi militaris, et deinde collocatum in cubiculo, ex quo ad mortem eductus fuerat P. Vinck.

De P. Pasman posteà varii erant sermones, dicentibus nonnullis, ad locum torturæ fuisse deductum; et cum lacrymis id beneficii loco postulasse, ut postridie liceret mortem potius subire quam torturam, in quâ nihil aliud præter dicta fateretur. Alii vero affirmabant eum dimissum, postquam ad minas et instrumenta oculis objecta, sibi constantem viderant in negando.

Ut ut sit, Julii die 13^a, prælectum est ipsi, et Philippo Nottyn, decretum mortis postridie infligendæ, quam et hic subiit mira constantia et fortitudine.

Patri Pasman supplicium dilatum est, et suspensa tantisper sententia. Nonnullum dicebant, eum tantummodo ad locum in quo reliqui plexi fuerant deducendum; alii, ob litteras Statuum quasdam pridie allatas, esse liberandum; unde incipiebamus fausta etiam P. Rectori sperare; alii denique aiebant: ad perpetuos carceres relegandum, et quidem, adjudicatum fuisse, posteà vulgarunt gazettæ Hollandicæ. Idem isthic, fama sparserat de P. Rectore. Rationem horum, aliquot post septimanis, nostro Patri tunc Hagæ degenti aperuit D. Brasset, Secretarius Legationis Gallicæ, et regiorum negotiorum Legato absente curator. Dicebat, in hunc sensum, sibi narratum a Capitaneo quodam Trajectensi, qui cognitioni causæ Judex ascitus interfuerat: fuisse scilicet, in Concilio militari varia Judicum suffragia; his ad mortem Patres condemnantibus, aliis tantum ad perpetuos carceres; quare cum sententiis discrepant, visum fuisse scribere ad Principem Auraicum, illiusque sententiam exquirere; a quo habito responso statim plexi sunt. Addit ille, qui ex narratione Secretarii hæc scripsit: « cecidere, videlicet, Aeneæ magni, si non manu, certe sententiâ. »

Cum autem in Nottyn exacerbati nimium isti Commissarii sanguinarii ob ejus, constantiam, nihil mite possent meditari, ipsâ 14^a Julii, jussu ipsorum, sub medium 10^o meridianæ, ex carcere ad locum feralem eductus est; duobus sese ad comitatum obtrudentibus ministellis, quos ille repulit ad portam, ubi et substitit, nec voluit egredi nisi a se recederent; quod et saepius in itinere fecit, neque unquam eos passus est sibi collaterales socios; valde generose se gerens usque ad extrellum, omnium admiratione summâ. Crimen unicum ipsi prælectum fuit in theatro: scientia proditionis, habita ex ludimagistro quodam et præsidario, in arce regiâ Newagne, atque ex Capitaneo Waes, urbis Daelbemiensis præfecto. — De Lansmanno, aut declaratione ab ipso factâ, ne minima quidem mentio. Dum illa ipsi prælegerentur, visus est octies vel nonies capite fortiter abnuere omnia, addens, fere ad singula, liberas illas et suæ testes innocentiae voces: Non est ita! Est mendacium! illud est mihi afflictum! Hæc non sum fassus! — Tum finitâ lectione, progressus ad populum, clarâ et contentâ voce palam edixit omnia et singula vi fuisse tormentis extorta, ac proinde sese ea (quantum opus) revocare, citatis in testes spectatoribus; immo, et hoc sese velle morte suâ confirmare; quam persuaderet sibi ob religionem inferri, ac proin se pro Fide Apostolicâ Romanâ sanguinem fundere. Aliqui narrabant, eum in hunc sensum exclamasse: « O Deus, qui scrutaris omnia! nosti innocentiam meam! Censeo me pro Fide, et hoc opto, dare sanguinem! » Eamdem, super Fide et innocentia suâ, protestationem edidit velatis jam oculis, antequam Servatori suo animam commendaret.

Causa prætexebatur, proditio; sed vera et genuina erat, odium erga Ordinem nostrum. Vere dixerat non semel in torturâ: Hæc mihi non essent patienda, si Jesuita non essem! Ejus constantia, animique fortitudo offendit et omnino exacerbavit hæreticos. Unde hi, et genus mortis damnabant, et simul ipsum, mortuum,

F. Nottyn
mira con-
stantia

supplicium
capitis obit.

ut aiebant, in obstinatione suâ. Hinc, et ipsius capiti assignarunt altiorem, et quasi principem locum, præ reliquis in pinnâ ad urbis muros sepositis; licet, ne quidem vel semel deprehensus fuerit cum Lansmanno egisse: Cadaver, deinde ad majorem infamiam, sub patibulo ad portam Germanicam sepultum est. — Quam ex æquo judicabant illi Judices! — Variis, post meridiem, ad furcam sciscitanibus : cur caput ejus sublimiori præ reliquis loco esset expositum? subjunxit puella duodennis : Quia Jesuita est!

Postridie P. Rector, licet per tres horas a meridie severissime examinatus, sibi constitit respondendo singulis fortiter ac prudenter. Plurium judicio, Deus videbatur singulariter ei tantis in malis adesse. Nocte inter 16^{am} et 17^{am} intercedente, torturæ secundò fuit impositus, quæ tribus tantùm horis duraret, quia omnino deficiebat, cum periculo mortis. Judices tamen dicebant : cogendum vi ad confessionem tandem; etsi in mille partes esset disperpendus. A torturâ vero rediit excitato animo, vultuque hilari, ita ut ipse licet afflictissimus, suo modo agendi excitarit et firmarit, eum à quo vestiebatur præ horrore totis membris tremulum. In hac torturâ generose exclamare auditus est : sese omnium ignarum et plane innocentem.

Cum jam in carcerem reportatus esset, coram omnibus adstantibus protestatus est : « Distrahar licet in mille partes, nunquam induci potero, ut fatear id cuius conscientis nullo modo sum! » — Credo, eum tunc has voces clarius ingeminasse, ut haberet innocentiae suæ testes.

Cum jam omnino ultima timerentur, curata sunt (mitti), præter Consulta Jurisperitorum, testimonia Leodiensium Scabinorum sigillis publicis munita, asserentium : non posse reum plecti, ex accusatione socii etiam morte confirmatâ. Sed id seriùs et frusta, conceptâ jam condemnationis sententiâ.

Hæc (sententia), ut majorem æquitatis haberet speciem, alii præter numerum adlecti sunt judices, Capitanei Gallo-Catholici, qui posteâ, sui excusandi causâ, attulerunt, sese suffragiis et clamoribus aliorum superatos fuisse. Decretum mortis excepit P. Rector, ad stuporem adstantium, animo æquissimo, nullo vel minimo perturbationis signo dato, prout narravit uxor præfecti militaris, quæ solita erat nostros omnino innocentes dicere. Addebat, eum nunquam hilarius quam ultimo vespere cœnasse; laudabatque (illum) quodd semper quibusvis oblatis cibis acquiesset, ne minimo unquam edito fastidii indicio.

Prædicantem (ministellum) sese continuò offerentem ad ultima obsequia, perhumeriter admisit, seu potius percussum, repulit, his verbis : Eia, Domine Ludovice, gratissimus mihi es! incipiamus hoc officium, simul legendu[m] Litanias B. Mariæ Virginis. — Ad quæ, ille sese inde proripuit, nonnisi postridie sub horam septimam reversurus. Totam deinde noctem Pater, sibi soli relictus, ut petierat, remotis e cubiculo excubitoribus, peregit in precibus et cœlestium meditatione. Postremâ ante mortem horâ, per præfectum carceris curavit conscribi ad Ducem Bullionum sequentem Epistolam :

« Monseigneur,

« Estant maintenant sententié pour avoir la tête tranchée, j'ay pris l'hardiesse de vous faire ces trois lignes, et je vous remercie très humblement de l'honneur et bonne volonté qu'il vous a pleu me tesmoigner pendant vostre séjour à Maestricht. Je vous ay, à la vérité, toujours été serviteur très humble et très fidèle, et pour ma consolation (je) vous prie (encore) très humblement de croire, comme chose véritable, et laquelle je vous asseure sur le salut de mon âme, et comme je veux recevoir sentence, pour toute l'éternité, de mon Juge souverain d'ici à une heure, à scavoir : Que, devant que la trahison de feu Jean Lansman fust découverte, par

P. Rector
iterum

subjectus
torturæ,

decretum
mortis ex-
cipit,

ad eam se
comparat,

sa prise de corps, je n'en ay eu aucune cognoissance, ny directe, ny indirecte; beaucoup moins trempé en une chose, que je vous ay toujours protesté estre si éloignée de nostre vocation. Sur ce, vous baisant très humblement les mains, je meurs, comme jusques ores j'ay fait, fesant profession ouverte d'estre avecq tout respect et sincérité. »

« Monseigneur, »

» de Vostre Excellence,

« Je suis constraint d'escrire par la main du Prévost, pour avoir la mienne incommode, par la violence de la torture. »

» Le très humble, très fidèle,
et très obligé Serviteur,
J. Baptiste Boddens.

« De Maestricht, ce 2 de Juillet, 1638. »

Pacatissimo animo hanc epistolam dictavit alteri trementi totis artibus, eumque rogavit, ne sui causā turbaretur : « finem jam brevi imponendam, curis et laboribus in sui gratiam toleratis. »

Exinde petiit per alium conscribi, flandrico idiomate, aliud scriptum Patri Ministro tradendum, quod per errorem Hæretici appellarunt Patris testamentum; ex eo forte quod diceretur, quædam legasse amicis. Ex omnibus, non meminerat nisi solius Domini Paludani, Advocati Collegii, cui, numisma quoddam, in coronatione Ferdinandi II Cæsaris sparsum, donari rogabat, sub beneplacito tamen P. Ministri. Inde, distincte monebat de libris quibusdam mutuo partim acceptis, partim datis; et denique concludebat in hæc verba :

« Aen Pater Minister : — Dat hy voor my hertelick gelieve te groeten den Provinciael, ende hem schryven waerop dat ick sterve; te weten : dat noyt van te vooren my van eenige verraderye, of andere aenslagen, de welcke mochten eenich-sins prejudicieren aan den tegenwoordighen staet van dese stadt van Maestricht, iets het zy directelyck ofte indirectelyck is worden gereveleert; veel min daer af geweten, ofte van eenich mensch ter werelt oyt iet te hebben gehoort, voor ende aleer, dat Jan Lansman was geapprehendeert. Ende, dat men myn sententie gegeven heeft op getuygenisse van andere, ende niet naer myn confessie. Ick bidde zyn Eerweerdicheyt, ende (andere), 't samentlick voor my te willen Godt bidden; en blyft, hier mede, van my te samen, Godt bevolen. »

Was geteekent : « Jean Baptista Boddens (1).

Maestricht, desen 20 July, stylo novo, 1638.

Tradita hæc scripta Auditori, et singulari Dei beneficio, in testimonium innocentiae servatae sunt apud eumdem, usque ad redditum Ducis Bullonii, qui ea feliciter assecutus est; hominem ex improviso nihil simile cogitantem aggressus, statim ut in urbem ex Hollandia redibat. Posthæc aliis manibus conscripta fuere.

Perrexit ferventiori spiritu P. Rector sese parare ad mortem sibi imminentem. Sed ad suam prior eductus est P. Pasman, sub horam XI^{me}. — In viâ perhumaniter omnes salutavit vultu alacri et amoeno. In theatro, post prælectam sententiam, ad

et post
P. Gerardum
Pasman,

(1) « Qu'il veuille en mon nom saluer cordialement le Provincial, et lui écrire *sur quoi* je meurs; savoir : qu'anteriorurement, jamais il ne m'a été révélé, directement, ni indirectement, rien d'une trahison quelconque, ou d'autres entreprises, qui pussent porter préjudice d'une manière ou de l'autre à l'état actuel de la ville de Maestricht; bien moins encore, que je n'en ai rien su, ni entendu de personne au monde, avant que Jean Lansman ne fut arrêté. Que l'on a porté ma sentence, sur le témoignage d'autrui, et aucunément d'après mes aveux. Je prie Sa Révérence, et les autres, de vouloir ensemble prier Dieu pour moi, et, sur ce, je vous recommande (réciproquement) tous à Dieu. »

cujus varia capita, vultu et voce abnuebat inter legendum, pro sua innocentia fuse et generose dixit. Cadaver cum capite ad collegium relatum est, et sepultum in templo nostro praesentibus nonnullis officialis et militibus, qui dicebant imperatum ut non nisi in sua praesentiâ, absque ceremoniis, terræ mandaretur. Sacellani tamen tres, interim ad tria templi nostri altaria peragebant divina. Plures etiam erant a nobis rogati, ut singulis, statim annunciatâ morte, Sacra facerent ex more Ecclesiæ. Alii autem Sacerdotes subornati fuerant, ad dandam Absolutionem Patribus trans-euntibus per plateas (1).

Sublato P. Gerardo, ad feralem locum a quatuor Alexianis e carcere deportatus est P. Rector in sede gestatoriâ; gressum enim impediebat nervorum contractio, et membrorum omnium, ex cruciatibus torturæ, convulsio atque debilitas.

Cum jam e cubiculo educeretur hoc unum auditus est dicere : quum sic Deo placitum sit, macte animo, eamus! Manibus etsi ligatus esset, tamen, pro eâ qua erat humanitate, obvios salutabat. Cum jam appropinquaret loco supplicii, conversus ad Ministellum comitantem : « Domine Ludovice, inquit, iterum tibi affirmo, et protestor, me esse innocentem, meque velle mori in Fide apostolicâ Romanâ. » In theatrum ascendere jussus, negavit se posse. Elatus igitur, concidit in ultimo gradu, magnâ adstantium comploratione et gemitu. Ab Alexianis erectus, sedem repetiit, et in medio theatro voluit collocari. Sententiam, dum ei prælegeretur, sœpius signo capitis abnuendo negavit; protestatus deinde : singula quæ lecta erant, nullius momenti esse et falsa, ac proin se mori innocentem. Deinde conversâ facie, lictorem qui a tergo stabat ad se vocavit, eumque voluit coram in oculis stare, ne præproperâ cæde abriperetur. Ubi vero jam sudarium velandis oculis ipse sibi abstraxerat, petiit, pacato animo, quâ formâ caput ad ictum parare deberet? ac deinde, an talis, quali jam sese constituerat, situs placeret? Lictore annuente, incepit Pater, quantâ contentione vocis poterat hæc verba : *In manus tuas commendo spiritum meum*; quæ antequam absolveret, et vocem et vitam amisit.

P. Rector
educitur,

capite
plectitur,

Summâ commiseratione et comploratione spectatorum, mors ejus excepta est, et luctus apud cives multo deinde tempore duravit, adeò ut optimi Patris non possent posteâ meminisse, nisi cum lacrymis.

(1) In Albo Novitorum Tornacensi, hæc reperiuntur ab ipso conscripta :

Ego Gerardus Pasman, Wesalensis, natus anno 1590, die 24^a Junii, ex legitimo thoro, patre Admirali, Lamberto Pasman, matre Godefrida Jansen, proprio redditu viventibus; ambobns superstitibus, grammaticæ dedi operam Dusburgi et Wieradii, per triennium. Deinde Coloniam profectus, unus anni spatio Poësi, rhetoricaeque studui apud Patres. Tandem, studiis valere jussis, partim ibidem, partim Rhynsbergæ, variis militum exercitiis per annum me exercui. His peractis, Duacum (Dei gratiâ) perveni, ubi apud Patres Societatis, sub magistro Ludovico a Marca, poësin, et ex parte rhetoricam audivi. Admissus fui in Societatem Jesu a R. P. Francisco Flerontino, ejusdem Societatis per Belgium Præposito Provinciali, Tornaci, 1^a Decembris. Veni ad domum Probationis ipso die B. Xaverii, nimurum 3^a Decembris, anno 1608. Examinatus fui a R. P. Francisco Mainfroy, dictæ domus probationis Rectore.... etc. etc. etc.... *juxta formulam consuetam*.

Ex variis catalogis, ea quæ sequuntur constant :

Peractis studiis et 3^a probatione, fuit missionarius (anno 1620) in Collegio Brugensi; sequenti anno Dunkeræ. Postquam Trajectum devenisset anno 1624, Ministri, Præfectorum Ecclesiae et Procuratoris functiones obivit; pluribus dein usque ad mortem annis, perpetuo legitur, fuisse procurator, consultor, confessarius, ac domi forisque concionator et catechista.

Fr. Henricus Nottyn, natus Lovanii 27 Octobris, 1599, a fabro ferrario, Societatem ingressus est Mechliniæ 18 Februarii, 1618; Variis in domibus pro opportunitate diligenter varia præstítit officia, nunc sutor, pistor, janitor, cerevisiæ coctor, nunc Procuratoris socius, curator prædiorum et penurii. Duobus annis Gandavi degerat, Ipris uno, Cortraci quinque, quando venit Trajectum anno 1632, ubi luctam improvisam generose suscepit, et decerpit alacri animo palmas, ad quas dudum aspirabat; ipsum enim adscriptum etiam reperio Fratribus, qui ad opitulandum infectis peste semper parati erant.

Admirationi fuit ejus fortitudo in moriendo, sicut et sociorum ejus, in negando ac refutando crimine constantia; quibus nihil deferri plurimi mirabantur. Mercatoribus quibusdam Amstelodamensibus res omnino displicuit; et attoniti erant post tam constantem totius accusationis negationem plexos fuisse, quos censebant prius ad questionem reducendos. Scriba, qui in theatro sententiam prælegerat, rogatus cur non fuerat cessatum, dum adeò pertinaciter singula negarentur, hoc unum respondit: Sibi a judicibus mandatum, ut sine interruptione lectionem prosequeretur, licet contradiceret Pater. Hoc enim futurum præsciebant.

Illud vero omnium maxime spectatores offendit, cum audierunt Patri Pasman prælegi, (fratrem) Nottyn morte sua confirmasse declarationem suam, quâ illi indicasset proditionem. Similiter P. Rectori, quod ambo et P. Pasman et Nottyn ipsi significassent machinationem hispanam, per Lansmannum tentandam, quodque huic suæ attestationi essent immortui. Quis enim ferat in Judice tam aperta mendacia? Certe, vel ex equilibus, qui ad tutelam theatri stabant, nonnulli incipiebant inter se mussitare; imo aliqui in has voces erumpabant: diabolus invadat illos! Exspectent saltem dum foro abiverimus, si libeat mentiri! Quis diabolus suggessit talia!.. Nempe, jam ante voces illas, audierant innocentiae testes, quibus et cœlites et mortales invocarant. — Et sane, etiam Acatholici clamabant innocentes eos esse, præser-tim P. Rectorem, imo et jam tunc Dei vindictam suis præsagiebant prædicebantque.

At vero testimonia trium Religiosorum, sanguine et morte sua suam innocentiam confirmantium, prævalere debebat, accusationi dubiæ unius Lansmanni, hominis dubie Catholici, potatoris, aleatoris, qui in moriendo vix sensu hominis Christiani ostendit; qui, vix sui compos, non capiebat quæ rogaretur, nec intelligebat quid mortis suæ testimonio deberet confirmare. Audierant eum omnes, antequam gladio subderetur, multis invehi in P. Vinck, ut auctorem sui infortunii, a quo inductum se dicebat ad rem istam suscipiendam et aggrediendam; imo huic declarationi addebat immori se velle: et tamen, constat ex propriâ ejusdem confessione, paucis ante mensibus factâ coram Judicibus, aperuisse illum Patri Vinck rem illam, quam ipse, plus anno jam, cum Regiis tractarat.

Multi non capiebant istam benevolentiam, quâ et P. Vinck, et P. Rector inter se versati fuissent, et tamen nunquam inter se egissent de re Catholicis utili. Lansman significarat, Patri Vinck se rem communicasse, et militi Burgundo, et latomo, et socio ejus; cur non indicasset se eamdem aperuisse P. Rectori?... P. Vinck interea semper asseruerat a Jesuitis de re totâ nihil sciri. Neque etiam a milite, neque ab ejus uxore, neque a latomo sunt accusati; immo et ipse latomus (alter), qui ab initio detectæ conspirationis urbi se subduxerat, semper negavit nostros esse concios, mirabaturque eos in partem criminis trahi. Si roges, quid causæ fuerit? accipe responsum Capitanei illius Schimmelpenninck, qui ab initio ad invadendum Collegium et capiendos Patres, destinatus fuit. Is, rogatus quid causæ subbesseret, cur hos aggrederentur? hoc unum respondit: Numquid hoc sufficit quod Jesuitæ essent! — Ex pluribus etiam indicis aliis, paulatim prodibat Patrum innocentia, ut, inter alia, ex binis ipsis Judicibus qui (prout posteâ Ducissæ Bulloniæ dixeré) tantum non voluerant agere contrâ Golstenium, hoc fere ex capite: « quod ipse solus Rectorem fere semper examinaret, nec fideliter ejus responsa referret. Quod si singula, prout oportebat, significata sibi fuissent, ac nominatim, ut ipsi dicebant, ea scivissent, quæ in Epistolâ ad Duce sub extremum vitæ scripsit, eum suo suffragio non condemnassent. »

Huc facit, et singulariter notandum, testimonium unius e Commissariis Concilii bellici, Capitanei Gevershaven, qui dum aliquando cum Duce Bullonio Trajectum

reduce ageret, sensum suum super hanc totam tragœdiā aperuit : « super Joanne Lansman, inquietabat, recte judicatum est. In P. Vinck plus simplicitatis, quam malitiæ fuit. In Sacellano Sylvio, etiam nihil fere noxae. Quoad Jesuitas, gaudeo me judicio non interfuisse; morbus me impedit, et hunc a Deo propterea mihi immisum puto. » Addebat, sese ex collatione inter P. Rectorem et Lansmannum facta, satis deprehendisse, postremum hunc nequam esse hominem, et idoneum ad perdendos innocentes. Ipsius (Gevershavii) uxor, dicebat, a marito suo simulatam subinde fuisse podagram, ut honesto titulo posset abesse a quæstione et judicio.

Occisi P. Rectoris innocentiam sicut suppressare conatus fuerat Golstenius; ita et studiosissime cavit, ne ejus corpus, tam crudeliter torturis quasi excarnificatum, in oculos manusque hominum deveniret. Illud statim a cæde, unà cum capite, deportatum fuit infra theatrum, atque uni ex tribus ibi collocatis loculis inclusum, injecta dein calce vivâ, ut quam citissime totum consumeretur. Horum (loculorum) duo, terrâ repleti nocte immediate sequenti, conditi sunt in coemeteriis B. Mariæ et S. Mathiae, fallendis tantum civibus, ne quis tandem posset deprehendere quo delatum esset P. Rectoris corpus, quod secundo post supplicium transacto die, nocte concubia deportatum est ad ædes Capitanei Houterivii, ex gente Gallicâ catholici, qui adlectus fuerat cum aliis ad sententiam ferendam. Hic, ex mandato Concilii militaris, illud in horto Gerontodochii, cui a duodecim Apostolis nomen est, in usus suos conducto, per viros fidos sub simeto abdidit; nec spatio fere 4 annorum assequi potuimus, quo demum loco lateret. Tandem, die 8^a Februarii 1642, id scire licuit; quâ die, jussu illius Capitanei, simus omnis in horti culturam adhibitus, et sub eo terra, quâ sarcophagus leviter tegebatur, per famulum eruta est. Spatio illo temporis, vi calcis, asseres omnes, atque exuviae corporis erant putrefactæ, præter ossa. Hæc, hinc inde, calce primum quâ oblita erant excussâ, in varia loca contemptum abjecta sunt; ipsum vero cranium arripiens Capitaneus, obtulit uni ex vetulis, quæ in prædicto Gerontodochio alebantur; Helena erat ei nomen, ejusque cubiculum proxime aberat a loco sepulturæ. Illa, dum cranium illud territa respuit, Capitaneus ingemiscens ait : o! quam ego optarem obtainere locum istius viri, cuius hoc est caput! Si tu illud Bruxellæ haberet, pro eodem forte magnam pecuniæ summam posses obtainere. »

Post hæc applicuit illud ad fenestram Helenæ, quæ illud repulit in hortum. Nihilominus ipse, iteratò receptum reposuit eodem loco, et, aiebat vetula, asseruit sub animæ suæ damnatione, ipsissimum esse caput Patris Boddens; id quod posteà ex resectionis liturâ aliisque signis videri potuit. Remansit illud ad fenestram, usque ad medianam noctem; sub quam Helena, ob continuum pulsum qui audiebatur, e strato suo surrexit, et, non sine sacro quodam horrore, illud ipsum recipere coacta erat in cubiculum suum. Ita narravit illa, die 12 Februarii 1642, Dno Paludano, Advocato Collegii, prout hic tunc temporis ea, memoriae gratiâ, chartis mandavit.

Hic fuit viri laudatissimi exitus. — Natus erat Joannes Baptista Boddens die 20^a Aprilis, 1596 Brugis (1), ubi humanioribus litteris partim, et partim Tornaci studuit. Anno 1612, in Octobri, inchoatam Duaci Logicam, mense Aprili, 1613, deseruit, migravitque Lovanium ad D. Corselium J. U. Doctorem celeberrimum. Duaco secum detulerat voluntatem ineundæ Societatis, quam, ejus anni 29^a Aprilis, demortuo Parente, obtinuit die 9 Maii a R. P. Gulielmo Veranneman, primo

et occulte
sepelitur,

Elogium ejus,
et vitæ series.

(1) A Ludovico Boddens, quæstore per Flandriam generali, et Anna Piermont; ut scripsit ipse in Albo Novitiorum. Studuit Brugis annis tribus, Tornaci duabus. Duaci, per semestre, philosophiæ.

Flandro-Belgicæ Provinciali. Eadem die ingressus tyrcinum Mechliniense, sub R. P. Antonio Sucquet, Superiore loci et Novitiorum directore; ubi, post plures (1) probationes tam Lovanii, quam Antverpiæ, obitas, emisit vota simplicia die 17^a Maii, anno 1615. Tum, usque ad Octobrem, repetit humaniora tam Antverpiæ, quam Lovanii, ubi eodem mense inchoatum Philosophiæ curriculum biennio peregit, admissus primùm ad defensionem Logicæ, dein Physicæ, ac demum universæ. Inde, quinquennio docuit humaniora Antverpiæ et Bruxellis (2). Theologiæ scholasticæ quadriennium impendit, propugnatâ primùm ejusdem parte, post universâ. Initatus Sacerdotio 28 Martii 1626. Post tertium probationis annum, Maii 13^a anni 1627, missus Brugas, obiit officia Præfectorum scholarum, et casuum conscientiæ, Concionatoris, Missionarii ad fortalitia Slusensi urbi vicina. Edidit ibidem (Brugis) professionem 4 votorum, Maii 12^a, anni 1630.

Castrensis Missionis Superior designatus 28 Aprilis, die 1631; sequentis anni 10^a Februarii, Rector Collegii Trajectensis, hoc (officium) sustinuit difficilius sane temporibus, summâ prudentiæ laude, domesticis atque externis, summis et infimis gratissimus ab humanitate et benevolentia. Benignam illam erga suos charitatem, præsertim erga afflictos, nequidem deseruit calamitoso illo suæ captivitatis tempore; nam sollicite inquirebat per milites, ut poterat, qui se Nostri in Collegio haberent, et nominatim unus e Magistris, quem dum ad carcerem abriperetur, ægrum se reliquisse dicebat; nec destituit alios ex aliis modos impendere, donec tandem eum rescribet et vivere, et valere. Magno etiam affectu in dies singulos quærebat, quomodo conceptivi sui sese haberent: an quid deesset Patri Pasman, an quâ re egeret Stephanus? Deprædicata summe fuit ejus in agendo prudentia, etiam ab hæreticis, adeò ut fassi sint; ne verbum ipsi etiam in summis cruciatibus excidisse, quod liceat reprehendere; imo singula ejus dicta aureis litteris esse exaranda. Nonnulli Præfecti militares dicebant fieri non posse, ut vir usque adeò prudens sese immiscuerit tam infami negotio. Principibus viris acceptissimus erat, præsertim Duci Bullonio, a quo assumptus iu Confessarium et Directorem conscientiæ.

Summe etiam gratus fuit Princi Auriaco, et magno in honore habitus, dum ob negotia Collegii versatus Hagæ, omnibus erat admirationi a conversatione benignâ et prudenti. Princeps eo mire delectabatur, adeò ut sermones ejus in conviviis magnatum, a quibus invitabatur Pater, curiose per suos emissarios aucuparetur, et ad se referri volebat. In eâ denique æstimatione fuit, ut ipse Auriacus eum depoposcerit sibi in Consiliarium, oblato lautissimo stipendio, promissâ simul omnimodâ libertate religionis, et spe majoris honoris; unde, non semel, a plurimis ex consensu Statuum objectum Princi fuit, quod tantam cum uno Jesuita familiaritatem habuisse, et animi propensionem. Iude nata sinistra suspicio est, hanc eum notam, ut illi loquebantur, posteâ voluisse diluere, approbando, immo et imperando necem illius. Sed hanc undecumque, humanitus considerando, proverberit, bonus Pater ut a summâ illâ Providentiâ sibi singulariter destinatam, pacatissimo admisit animo.

Visus est Deus votis ipsius annuisse, quibus aliquando martyrii palmam ardenter sibi desiderare auditus est, prout narrarunt R^{da} Priorissa nobilium Virginum, Ruræmundæ, Dnus Consiliarius Heinsberghe, Gandavi, et Domicella Francisca Agua, Brugis. Ad hanc urbem perrexerat, sese ultimis exercitiis quasi paraturus; tribus

(1) *Probationes*, id est, varia experimenta solita novitiorum.

(2) Bruxellis quidem, anno 1620 supremam Syntaxin, anno 1621 Poësin docebat. Theologiæ quadriennium incepit exeunte anno 1622, clausit anno 1626, et inde Liram ivit ad 3^{am} probationem.

enim quatuorve mensibus ante captitatem, rogatus quid in illis profecisset? Respondit, sese promptam Deo obtulisse voluntatem ad tria sustinenda, a quibus repugnantiam majorem sentiret: primum erat, agere Rectorem in civitate ab hostibus obsessâ; quod quam esset molestum atque arduum, aiebat sese experientâ ipsâ didicisse. Secundum erat, calculorum morbus, non tam ob ejusdem cruciatus, quam ob pudendam nuditatem incisioni facienda necessariam. Tertium denique, mors inferenda manu lictoris. — Tria ista sic assecutus est: Arctiori primùm loco in carcere conclusus, et quasi obsesus a militibus; maiores deinde cruciatus, nuditatemque magis abominandam in torturâ perpessus; Lictoris tandem manu, victima Deo cecidit.

Et sane, ut cecidit, *Martyrem* cives inclamabant: habet nunc, inquietant, suos Trajectum martyres, quos hactenùs non habuit, licet pluribus sit nobilitatum Sanctis. Ut martyres venerabantur, eos qui tam fortiter et pie ceciderant. Terram eorum sanguine tinctam osculabantur. Exuvias undique conquirebant. Cingulum P. Rectoris, quod felici casu in aliquorum manus devenerat, in varias partes eo die dissectum fuit. Vester fere reliquas, ne in nostras manus incident, adversarii abripuerant.

Ex jacturâ Parentis amantissimi et sociorum, perseverabat in Collegio conceptus ab initio luctus, qui augebatur ab exspectatione malorum, quæ metuebantur, et tanquam certo futura jactabantur.

Audebat Golstenius tum dicere, omnes Jesuitas posse trahi in criminis societatem. Itaque, licebat nobis vivere, dum illi placebat. Saltem, non alii fere audiebantur sermones, quam Jesuitas urbe pellendos fore, eorumque bona fisco addicenda. In hanc rem, 2^a Augusti, dicebantur Hagam missi Auditor et D. Ludovicus, hic loci inter prædicantes princeps. Ab hoc interea prodiit *Narratio supplicii Trajectensis*, velita deinde peculiari Ordinum Edicto, typis dato 2^a Septembris; qui (Ordines) etiam Dno Mazerio, idem argumentum meditanti, inhibuerant ne quidquam vulgaret.

Sociis afflictis, dum inter angustias istas pergunt luctari, in solarium die 14^a Septembris advenit Dux Bullonius, Sedano redux — (*Vide Appendicem XVII*). Pridie vero, ex ipsa Ducissa, quam, cum officiosissimis verbis exceptit Golstenius, protestando se fidissimum suæ Celsitudinis famulum, audivit hanc exprobrationem: Insignis sane famulus, qui amicos mihi charissimos trucidavit! quæ verba hominem adeò perculerunt, ut totus tremulus Ducissam, quam deducebat vix manibus posset sustinere. — Ipse majora metuens, convasatis suis, properavit in Hollandiam; quod quamprimum a reditu Ducis sese facturum prædixerat. Urgebat eum constantia inquisitionis, habitæ super plurimis, quæ Principem ipsum et uxorem summe et merito offenderant.

Interim Dux coram, et consilio et solatio erat afflictis, ubi poterat, nonnullaque super innocentia nostrorum querendo assecutus est, quæ hinc inde huic narrationi inseruimus. Præcipue aggressus est Capitaneos illos Gallos, sub extrema adlectos in Concilium militare ad ferendam capitis sententiam, quos arguebat condemnatae innocentiae; sed hi excusabant potentiam aliorum, quorum suffragiis superati, non potuerant innocentibus prodesse. Et quidem nonnulli ex Gallis, ubi Ducem rediturum intellexerant, adierunt nos frequenter, deprecati, ne quid querelarum deferremus: nihil has profuturas; rem actam esse, clauoribus Teutonicorum (sic illos judices appellabant); suos fuisse superatos. Immo vero, superati fuerant, sed timore illo damnando, quo timebant offensam judicium illorum, et inde secutra mala ex abdicatione Officii; uti illorum unius uxor fassa est Ducissæ.

Luctus in
Collegio, et

adventus
Bullonii.

Judicium
sors et fatois.

Sed eos, qui sese malo isto judicio immiscuerant, non videtur voluisse Deus impunitos. Plerisque infelix aut vita, aut vitæ finis accidit.

Ipse Golstenius, Trajecto profugus, aliquot annos per Provincias Foederatas vagatus est, invitus suis et inglorius, de quo celebris iste Cornelius Musch, Statuum Graphiarius, id aliquando elogium dixit : « Sane Trajecti belle judicatum est ! Capite debuisset luere Golstenius, nisi Domini (Status) timuisserent ne per hoc haberetur innocentia adjudicata Jesuitis, de æquitate cause triumphaturis. » Hæc ille viro dixit non vulgari, qui eadem postea Patri Nysmans narravit. At, Golstenium licet initio minus gratum, adnitentibus quibusdam patronis, post aliquod temporis spatium præfecerunt civitati Embricensi, ubi etiam, post male habitos et incarceratos Catholicorum ex Hollandia filios, qui ibi sub nostrorum PP. disciplinâ studebant, judicio supremæ Curiæ damnatus est, etiam ad expensas resarcendas ; adeoque obœratus obiit, ut iis exsolvendis opus fuerit res ipsius subhastare, et publicâ auctione divendere. — Aliquis ex Consulibus Embricensibus, licet aatholicus, solebat nostris isthic aliquando narrare : Golstenium passim in sermone meminisse tragœdiæ istius Trajectensis, atque inde inferebat illum male sibi concium esse. — De eodem Golstenio, hoc aliquando dedit Trajecti testimonium Secretarius ipsius (aliquis), Juvenis vitæ et indolis satis probæ, nempe : « Herum suum non audere sese lecto tradere, nisi potu fere sopitis sensibus ; alias noctu nimis facile terendum ; ideo, post cœnam, et tabaco et cerevisiâ solitum saturari. » Audierat et ille, sæpius de nocte, voces Golstenii, tanquam contendentis et disputantis cum alio.

Capitaneum illum, qui dorso Fratris nostri Nottyn, dum torquebatur, calcem impegerat cum hac exprobratione : Loquere, Canis mute ! altero, post Patrum cædem mense, narrabant in morbum incidisse medicis ignotum ; et fere nudum semper decumbere. Videbatur spectrum quasi aliquod ejus stragula submovere ; forte, quia nudo Fratri petulantius insultaverat.

Ipsa uxor Capitanei Haumez narravit Ducissæ Bulloniæ, maritum suum ab anno circiter, existere adeo morosum et difficilem, ut ad minima offensus tumultuaretur ; adeo horrendis de nocte insomniis turbari, ut quietem ipsius, quam modicam habebat, cogar, inquietabat, subin interrumpere, ne nimium gravetur. Addebat, a supplicio Jesuitarum, ipsi, nequidem diem unum fuisse liberum ab ægritudine. Est autem ille Haumez, qui dicebat sese avidissimis et libentissimis auribus excipere voces avicularum istarum cantillantium in ergastulo : sic appellabat miseros illos in torturâ ejulantes.

Capitaneus La Sal narrabat aliquando : sese nihil mali quidem sentire ; sed tamen non posse quiescere, nescire quid sibi desit. (Idcirco) dextere, quædam ex (feminis) honorariis Ducissæ (eum) rogabat : Numquid interfueristi condemnationi Jesitarum ?

Præ reliquis, memorabilis fuit morbus Capitanei Toussain, ex quo decubuit in eodem cubiculo, in quo P. Rector per bimestre detentus fuit. Diceret, in eundem quasi carcerem migrasse, cum in domum illam post cædem Nostrorum migrasset. Inflammatio quædam tibiæ vehementior ussit eum, et tantis doloribus, ut pluribus septimanis vix sui compos fuerit. Quia lecto decumbere, neque alio situ cubare poterat, certæ cuidam sedi inhærere cogebatur uni loco affixus. Quam manifeste hæc similia sunt igni et tripodis, quibus innocentes cruciati fuerant !

Capitaneus Marigny infeliciter periit in pugnâ. A socio, nullâ fere præviâ vel levirixâ, ita subito confossus (est) ut tantum non prius mortem, quam vulnus senserit.

Scriba Auditoris, qui suam sæpius in capiendis Patribus operam jactaverat, in carcerem postea, ob nescio quam noxam, detrusus, subito in phrenesim incidit,

et brevissimo tempore extinctus. Morientis hæc continuæ voces erant : Ardeo ! Ardeo ! en ! isti Judices veniunt, qui mihi et crura et brachia contundunt !

Cum jam diu dubium exspectassemus exitum eorum quæ Hagæ, per Auditorem et Prædicantem antehac missos, urgebantur, hi tandem, in Novembri reduces, nuntiarunt nullum a se afferri Ordinum decretum; sed decisionem omnem committendam quibusdam Dominis, Trajectum brevi mittendis. Simul amicâ manu scribebatur, deliberatum, immo, tantum non decretum fuisse aliquid super exilio nostro; sed consilio et industriâ Principis Auriaci discussum, ac proinde omnia pristino loco restituenda. Sperabamus bene; et Commissarii ipsi, postquam advenerant, fausta omnia spondebant. Sed tandem, post agitatas aliquot mensibus res urbanas, prodiderunt Dominorum (Statuum) consilia.

Maio medio, anni 1839, publicâ Praeconis voce curarunt promulgari quoddam eorum Decretum, cui titulus erat *Abolitio*, quo generalis quædam promitterebatur *Amnistia*, sive *Oblivio*, anteactorum, simul et restitutio omnium bonorum, jurium, privilegiorum quorumlibet, etiam iis qui ex criminis conscientia profugissent urbe, aut quovismodo consci, etiam complices et cooperatores fuissent; modo vere ac sincere, sine ullâ æquivocatione aut restrictione, jurejurando promitterent fidelitatem Ordinibus confederatarum Provinciarum, et nihil se unquam attentatos, seu directe, seu indirecte, contra Republicam, et speciatim contra Civitatem Trajetensem; immo sese declaratos, si quid simile in posterum deprehenderent, aut devenirent in alicujus machinationis notitiam. (*Vide Appendicem XVIII.*)

Hæc singulis Nostrum, et omnibus, mandato Commissariorum evocatis, prælecta sunt, et unâ ipsum mandatum Ordinum, quo jubebamur conformiter Abolitioni prædictæ, singula quæ requirebantur, præstare. Deliberationi et examini istorum petitum est spatium, multaque apud Commissarios querendo, et disputando, conatus sumus moram ducere, ut interea aliquid consilii vel auxilii assequeremur (1).

Primum omnium scire voluimus, quinam sigillatim obstringerentur hoc mandato; an ad nos speciatim, an ad alios plures dirigeretur? Et dicebamus vi illius, si verba rite expendantur, non videri obligari nisi illos qui criminis aut consci aut complices fuissent, aut post detectam prodicionem ex urbe sese subduxissent, inter quos nullus Nostrorum posset jure censeri. Responsum fuit, nos non peti solos; sed omnes Ecclesiasticos viros ad illud cogendos, ne minimo quidem Sacellano præterito. — Si ita est, reponebat P. Minister, nihil restat faciendum, nisi ut ex consuetudine antiquâ servetur ordo et dignitatis, et ætatis : Ecclesiasticis sæcularibus cedere Regulares, sive Religiosos; et his etiam Ordinem nostrum, ut novissime fere institutum; ac proinde in rebus agendis alios nobis præire; rogare igitur, (ne quid contra leges antiquas peccetur,) ut Edictum Statuum illis priùs indicetur, et inde ex communi deliberatione statuatur, quâ viâ et ratione Dominis possit satisfieri; non esse æquum ut nos aut consilio nostro, aut etiam facto legem aliis ponamus, aut præferentiam aliquam nobis arrogemus, quam illis et debemus, et libenter concedimus (2).

Statuimus tandem, licet Commissarii a nobis inchoandum dicentes, ad Decanum S. Servatii rem totam referre, qui etsi negaret Collegis suis, aliisve, quid timendum esse, urgentibus nobis tandem convocabit Capitulum, et unâ Superiores Ordinum Regularium; sed nullo nostro commodo. Clam aliunde inaudierant nihil contra se tentatum iri. Solus Guardianus Minoritarum commune nobiscum implorabat auxilium.

(1) Hæc quæ sequuntur subjungenda videntur, licet annum trigesimum octavum excedant.

(2) P. Minister hic sequitur directionem datam anno 1635. (*Vide in Annexis, Appendicem XIII.*)

Sors dubia
Collegii

Ann. X^{ti} 1639.

Abolitio
promulgata;

sed etiam
Juramentum
proponitur,

quod Patres
amovere co-
nantur, et

Cum videremus nos a reliquis deseriri, perfugimus ad alia causæ hujus subsidia. Imprimis, petivimus a Commissariis ut rem tanti momenti, pro more, atque ex legibus, secundum quas cuique Ordini Religioso vi pactorum in urbe permittebatur vivere, liceret referre ad Superiores nostros, sine quorum consensu nihil omnino foret aut licitum, aut ratum; immo, absque hoc frustra etiam a nobis jurari, aut præstari quidpiam; cum quævis subditorum in hoc genere facta possint per eos irritari, ac proinde Dominis (Statuum) non fore cautum per ea, quæ illis non consentientibus hic fierent. — Postea, subjunximus non esse opus juramento nobis, qui nostris legibus prohibemur ab omni tractatione rerum politicarum, sub interminatione Excommunicationis, aliarumque graviorum poenarum; ac proinde, a nullo Regum aut Principum alibi late imperantium illud exigi.

Cum his aliisque nihil proficeretur, tandem devenimus ad examen singulorum articulorum quæ in Abolitionis Edicto aut narrabantur, aut præscribebantur. Præ reliquis, disputanda et discutienda erant illa verba, quibus imperabatur revelatio eorum, quæ vel contra rempublicam, vel speciatim contra civitatem Trajectensem, aliquo tempore attentanda contingere rescribere. Præcipue exaggerabamus incommoda et pericula timenda ex hujusmodi revelatione, qualia etiam recens experientia ostendebat, præsertim, quando scientia esset habita ex indicio unius hominis, sine teste ullo. Commissariis actionum istarum hic mentionem facere, non adeo placebat; proinde satis amice monebant ut ad alia pergeremus: simile quid nunquam in posterum eventurum.

Tandem, post singula per plures dies discussa, rogavit P. Minister, qui Patre uno socio, hactenus cum illis egerat, ut liceret reliquis rem totam exponere, eorumque voluntatem exquirere? Sibi non esse potestatem Sociis in hac re legem statuere, aut quid decernere. Assentiebantur omnino Commissarii; sed primum omnes monitos volebant, etiam post præstitum juramentum, non fore licitum aperire scholas et templum, atque sic redire ad pristinas functiones: referenda hac omnia prius ad Status Generales, eorumdemque exspectandam voluntatem et consensum, de quo obtinendo nos nolebant reddere securos, aut certos.

Reposuimus hæc directe repugnare verbis *Abolitionis*, quæ addicit restitutionem absolutam bonorum, et privilegiorum omnium, etiam illis, qui criminis convicti atque rei essent, aut propriâ aut alienâ declaratione. Pejori nos iis futuros conditione, qui ne quidem alicujus (nævi) essemus accusati. Proinde protestati sumus nobis eam conditionem imponi, quæ non contineatur verbis Edicti, et quidem infamem; ac proinde eam non posse admitti. Ludibrio omnium nos exponendos, si juramentum nullo fructu præstemus, atque sic onus suscipiamus sine privilegio.

Commissarii continuo, replicabant: Si non libeat conditionem admittere, exeste urbe; Abite! Absolute edicimus: aut jurandum esse, aut abeendum!

Contra confidenter reponebamus: nihil hactenus commissum, quod exilii poenam mereretur. Accusari nos nondum posse juramenti recusati.

Illi autem ad omnia nihil respondebant, nisi illud sæpius jam repetitum: Abi, vel jura! ac proinde despoticè, post multas altercationes, imperabant, ut postridie ante vesperam civitate exessemus omnes.

deinde
recusant,

Interim Commissarii Principis Leodiensis, et imprimis Bullonius Dux, suadebant ut istorum voluntati obsequeremur: speraremus fore, ut præstito juramento restituuntur omnia in pristinum statum. — Sed magis placuit, cum non esset facultas consulendi nostros Superiores, illud declinare citra offensam. Affirmabamus enim nos hactenus illud non recusasse, ac proinde nec peccasse contra illud Edictum Statuum, ad quos dicebamus nos appellare, ut interea hoc modo liceret in urbe

permanere, dum aliunde quid faciendum esset possemus intelligere. Sed illi, vi intentatā, coegerunt nos *migrare* ipsa Vigiliā Pentecostes. Ægre impetratum est, ut duos ex Nostris (1) liceret relinquere ad custodiam, et exportationem suppellestilium; id quod ipsi per cives curari volebant.

Nobis expulsis, triumphabatur (apud ipsos), tanquam de summā rei feliciter peractā; immo, tantum non videbantur ab ulteriori prosecutione cessaturi, tanquam *obtentō fine*; si sese Minoritæ, pro quibus satis laborabatur, aliquo modo voluissent accommodare.

Hi vero, recusato juramento, urbe egressi sunt die 25^a junii (1639) post decantatas solemniter Vespertas et Laudes. Processionaliter quidem progressi sunt, civibus magno numero comitantibus, ad Montem S. Petri urbi vicinum, in cuius clivo adhuc exstabant rudera monasterii antiqui, olim per Observantes inhabitati, et obsidente Trajectum Parmensi duce destructi. Domum eō loci adhuc superstitem ingressi sunt, sedemque stabilem fixerunt, reædificato posteā paucis annis monasterio.

Spargebant interim Commissarii, Minoritas candide egrisse; jesuitas vero subdole et ficte, ut juramentum eluderent. Monachos illos esse simpliciores, ac proinde potius veniam mereri. Jesuitis non fidendum.

Exilio nostro, nondum mitigabatur ardor ille in nos sæviendi.

Anno enim proxime sequenti invaserunt templum nostrum, atque scholarum Ann. X^{ti} 1640. ædificium, prætextu in speciem recto. Aiebant enim, templum discessu nostro vacare, ac proinde tantummodo volebant ejusdem usum, per modum mutui, Gallis concedi reformatæ, ut vocant, religionis. Scholas autem absolute, ut erudiendæ juventuti destinatas, vindicabant sibi; dicebantque eas publicis, urbis scilicet, impensis, ædificatas; licet nobis olim, unā cum Oratorio S^d Amandi, fuerint a Comite Groensfeld venditæ sat caro pretio. Atque sic tandem, in manus illorum hominum, devenerunt loci sanctissimi: primus locus, in quo S. Amandus orare solebat, et alter, olim inhabitatus a SS. Monulpho et Gondulpho, Episcopis Trajectensibus; pars scilicet ædificii scholarum, ad plateam.

Pridem etiam insidiati erant proventibus nostris, præsertim iis, qui solvebantur ratione duarum Præbendarum in fundationem Collegii attributarum; item ademerant pensionem annuam 1200 florinorum Trajectensium, assignatam Præceptoribus humaniorum litterarum, ut qui nunc a docendi munere vacarent. Quamprimum igitur, Capitulo S. Servatii mandarant, ne quid nobis in posterum solveretur; et ut proventus omnes servarentur in usum a Statibus posteā determinandum.

Decreto Statuum, anno 1643, 6^a Maii, scholæ latinæ supradictæ redditus unius Præbendæ assignatus fuit; alteram autem (Præbendam), Legato Galliæ agente, relictam tunc in bonis Collegio, etiam eripuerunt exeunte anno 1646. Causam hanc unicam afferebant, quod hæ Præbendæ fuissent assignatæ collegio nostro, sub obligatione Scholæ latinæ, et aliorum servitorum a Collegio præstandorum. Sed horum nulla reperitur mentio, in Bulla donationis factæ per Summum Pontificem Romanum, Gregorium XIII, qui dicit: « sese duas illas Præbendas supprimere atque extinguere, easque sic suppressas et extinctas, in perpetuum appropriare, et incorporare Collegio Societatis Jesu, in urbe Trajectensi pridem

(1) P. Gerardum Nysmans, et fr. coadj. Adrianum Cortvrient.

» inchoato, et per iniuriam temporum destructo, ad ejusdem reparationem, et
» Religiosorum ibidem sustentationem. » Quæ verba, non sonant pensionem aliquam
amovibilem, vel annexam certæ obligationi, quæ cessante liceat eam adimere.

Ita tandem et poenam exilii, et bonorum confiscationem, quam ut saevam nimis
antea videbantur refugere, vel saltem non debitam Communitati nostræ, eidem,
quæsitis aliunde rationibus inflixerunt, et his, quasi coloribus quibusdam fucatis,
suum in nostrum Ordinem odium conati sunt velare (1).

(Sic explicit NARRATIO illa prolixior.)

Eidem autem codici manuscripto adjunctæ sunt paginæ ferme tricenæ, quorum
titulus est :

**« RESPONSA, SEU ADVISA JURISPERITORUM, PETITA AD PP. NOSTRORUM
DEFENSIONEM. »**

Advisa illa, prorsus autographa sunt, et appositam habent variorum jurisconsultorum
signaturam, et in margine citationes Auctorum, quos ipsi consuluérunt.
Possent hæc forsan alicujus esse momenti viris qui jus criminale vetus cognoscere,
et pristinas consuetudines eo tempore receptas indagare cuperent; sed ea nos
transmittimus, tūm quòd ad nostrum opus non videantur directò spectare, tūm
quòd ipsam scripturam, fateor, non facile sit extricare. Reperiri documentum
istud potest in Archivo Regio, *Prov. Fland. Belg. S. J. № 830—858.*

An unquam prelo data fuerit supradicta NARRATIO non constat, et idcirco
nunc existimavimus publici juris faciendam. Quo tempore redacta fuerit etiam igno-
ramus; sed jam constat lectori conscriptam fuisse post annum 1642 (*vide pag. 73*),
ultimasque paginas, unam vel alteram, quæ, ut opinor, postmodum additæ fuere,
postiores esse anno 1646 (*vide pag. 79*).

Exstant autem in archivio regio, l. c. aliae duæ narrationes breviores :

Altera latina, brevior, et probabiliter contemporanea, *a testibus*, ut, ibi dicitur
oculatis accepta (*vide appendicem XV.*)

Altera gallica, et ea probabiliiter a Duce Bullonio dictata, (*v. appendicem XVI.*)
Ad hanc fortassis alludit Imago primi sœculi S. J. pag. 842, ubi dicit : parari
defensionem innocentiae ab aliquo « qui, quod adhuc silet, non ideo præjudicat
» caussæ; sed, quod est prudentis, tempori aliquantis per servit, atque etiam
» exspectat donec nebulas a militari furore offusas maturior dissipet dies. » (2).

(1) Patres Trajectenses aliqui, statim post exilium, Tungros confugerant. Eodem in oppido, constituta fuit
anno 1643 Residentia Societatis. Hæc, etiam post restitutum anno 1673 Collegium, perstitit ut hujus dependentia
quatuor annis, sed tum, anno scilicet 1677 dissoluta fuit. — et iterum aperta 1702 ad 1773.

(2) In nullâ istorum *Narrationum* appareat quidquam, quo nitatur assertio : « que les Récollets et les Jésuites
avaient su [le] complot par la confession » quæ assertio exstat apud Christyn, Délices des Pays-Bas; quam trans-
scripsit, quidam Poell, onderwyser, in suo libello : *Beschryving van 't Hertogdom van Limburg.* 1851.

In solo quod visitandum superest Collegio Ruræmundensi, Sacerdotes erant septem, cum Magistris quatuor, majori parte anni. Labor eorum in eo versabatur sedulò, ut evellerentur opiniones noxiæ, ab acatholicis relictæ in hâc urbe, quam nuper Septembri mense ineunte Serenissimus Princeps Ferdinandus octiduanâ obsidione receperat; et cuius expugnationis longam, per dies singulos et horas enucleatam, descriptionem tunc exararunt Patres.

« ... Hujus anni exeunte verno tempore, cum Batavicæ copiæ confinia Flandriæ terrore replerent... Marchio de Lede, supremus rei bellicæ Dux in Geldriæ partibus... hinc properato itinere discesserat Antverpiam versùs... qua occasione, triduanæ preces in templo nostro Ruræmundensi fuerunt institutæ. Adfuit illis frequens populus, atque illud opportune accidit, ut iisdem omnino diebus, hostis statione quâ potitus erat (apud Calloo) depulsus fuerit.... (Quod, quanquam non precibus tantum hic fusis adscribendum sit... cum et alibi fuerint fusæ)... didicere tamen experientiâ Ruræmundenses, piorum supplicationes a Deo recipi ac exaudiri. »

« Hinc, eo alacriùs ad idem configûre subsidium, cum adultâ æstate belli tempestas in hasce rursum partes sese effunderet, Geldraque, Oppidum naturâ et arte munitum, ab hoste peteretur... Metus erat hic tantò major, quo periculum propinquius. Capto enim illo, forsan, propugnaculo, quid Venlonæ denuò, quid Ruræmundæ exspectandum fuisset? Ipse Auriacus sub mœnibus aderat, non assuetus ob sessas deserere civitates; totum exercitum adduxerat, jamque castrametatus stationes premendæ urbi disponere cœperat. Metum vero mox temperavit celer adventus Principis Cardinalis... et simul cœlitùs poscere rursùs opem placuit. »

« Indictæ ergo institutæque supplicationes totâ civitate, tum a Clero, tum a Religiosis, promovitque pietatis ardorem Gymnasii nostri discipulorum æmulatio. Templa ac sacella quindena fuere designata, quæ totidem Rosarii mysteria repræsentarent. Huc Studiosi nostri, post scholas, ordine bini, præeuntibus vexillis, accedebant, musice Litanias et sacra cantica deponentes. Templa singula, si caperent ingrediebantur, si non caperent, sub dio genua flectebant, ibique decadem istius mysterii decurrebant; donec ad Ecclesiam nostram unde prodierant reversi, solemní benedictione, cum populo qui comitabatur, domum dimitterentur. Et quia plures dies ancipites tenuit eventus exspectatio, eadem Supplicatio repetitis vicibus aliquoties instaurata fuit. »

« Studiosos dein imitata est inferior ætas. Qui doctrinâ christianâ erudiebantur, pueri et puellæ, ... bipartito ordine eadem obiverunt Sacella... Neque dein a liberis Parentes vinci voluère. Decrevère quippe Sodalitii majoris cives, cum Reverendissimi approbatione, suam etiam instituere Supplicationem... (quæ hic late describitur)..... Inde, Magistratus urbis, Camera rationum, Senatus regius, et Ecclesiasticus ordo, succedebant, facibus omnes instructi. Venerabilem Eucharistiam cathedralis Ecclesiæ Decanus deportabat; postremò, reliqua turba promiscue sequebatur. Neque irritas preces et pia populi vota clementissimus Deus esse voluit; cum, paulò post, regiis copiis novo subsidio adiunctis, hostem invasit metus, vasaque colligere, urbemque ac stationes munitissimas deserere coëgit. »

Sic de illâ Supplicatione. Alias deinde solemnitates... pro SS. Nomine Mariæ... pro tutelari Angelo... peractas in templo nostro, longius enarrat Scriptor annuus.

« Et cum constaret Deiparæ cultum, superioribus annis in variis civitatibus, ac Cortraci præsertim, per Statuas e ligno Foyensi confectas, plurimum effloruisse, consilium subiit, in templo nostro collocare, Statuam, eâdem magnitudine ac formâ

In belli
metu

indictæ felici-
citer preces.

Cultus B. V.
Foyensis.

quæ alibi habetur. Sub finem ergo Septembri, e gypso cum scobe (1) ligni Foyensis quercus mixto fusilem, Iconem accepimus. « Ea fuit inaugurata a Rino Episcopo, B. V. Præsentatæ festo die, qui in Dominicam incidebat, quo, pro more, Generalis Communio erat eo mense instituenda. » Igitur, duabus et ultra paginis, rursus hic legitur solemnitas descripta: pegma in medio templi constructum... ornamenta Imaginis... tota solemnitatis per octiduum series, et quo ritu iterum, insignis Supplicatio, solemnior cæteris per urbem processerit... Postquam deinde, terminatâ Octavâ, fuerat in Sacello laterali collocata Statua, cœpit populus, aut ad petendas gratias, aut ex voto jam exauditas, veniens, innumera conferre donaria, argentea, corallina, sebacea,... et etiam Altaris ornamenta....

« Creverat his in adjunctis adeò pietas, ut postremis Christi festis natalibus, nunquam tantum hominum ad templum nostrum convenerit a pluribus retro annis.... Hæresin abjurarunt tredecim. Inter reos ad mortem damnatos, et a Nostris ad supplicii locum deductos, fuit unus qui supremâ vitæ nocte fuit ab hæresi conversus; alter, nunquam peccata confessus, primùm id hac nocte exorsus est..... Militibus ægris ac egentibus, huc e viciniâ Castrorum appulsis, magnâ charitate succursum, emendicato etiam ostiatim, per nostros et alias, subsidio... Excusum fuit in proxima loca, sub anni exitum a regiis præsidiis occupata.... in Arschodt, Thenas, Diesthemium etc... Scholæ anteâ contractæ, rursus integro classum numero decurrere.... Specimen instaurati vigoris præbuere discipuli... dramate dupli, mirâ omnium approbatione dato.... Sodalitas civium, ob hæreticorum dominationem interrupta, resumpsit pristina primævi fervoris argumenta. »

**MISSIO
HOLLANDIAE.**

In foederatis Hollandiæ Provinciis, 25^{um} annum agebat administrationis suæ *Philippus Rovenius, Vicarius Apostolicus*. Missionis Societatis nostræ his in partibus Superior, quintum annum sui regiminis incepit, R. P. Ludovicus a Marca; cum in hoc officio successorem nactus est, ut jam supra diximus, Rectorem Mechlinensem, R. P. Adrianum Cools.

In enarrandis apostolicæ ac laboriosissimæ Missionis Hollandiæ negotiis, periculis, fructibus, angustiis, unicum ducem sequar P. Norbertum Aerts, qui hac de re decem volumina in folio, conscripsit, quæ existunt in Hollandiâ, et partim Bruxellis. Nec minus interea me delectat, sagacissimi Patris nomen e latebris proferre, quam Actorum ab eo ad hunc annum relatorum aliquod exhibere specimen, quod, hoc tantum anno, ad litteram describo :

**Inductio
in acta anni
1638.**

« Exstant, inquit, litteræ annuæ (Missionis) auctore P. Gulielmo Goetgeburio. Hæ præter morem, inconcinno Stationum ordine, hoc anno, ab ipso exaratae, et vix medium Stationum partem complexæ, sed et Operariorum in quâque Statione degentium nomine destitutæ. Ego, juxta usitatum hactenùs nobis ordinem, omnes quotquot hoc anno tenuimus Stationes recensebo, et quod ad singulas indubitatis documentis illustrandas, aut a Goetgeburio ad posterorum memoriam descriptum est, aut aliunde ex Missionis Archivio ad manus nostras devenit, in ordinem redigam; ita

(1) E scobe. Scobes adhibenda, demonstrat jam tum non superfuisse tigna aut majora fragmenta quercus Foyensis. Audomarum etiam, anno 1639, « hujusmodi statua delata fuit, confecta e variis lignis miraculosis, Foyensi, Sichemensi, Bonæ-Spei, majori tamen parte ex quercu communi. » Necdum tamen 20 anni elapsi erant ab inventione primitivæ imaginis in vico N. D. de Foy, prope Dionantum, ubi reperta fuit anno 1609, et ubi Sacellum ædificatum anno 1618. (Vide Gumpenberg, S. J. Atlas Marianus, 1672, in-folio.) Ligneas B. V. icones e quercu Foyensi, ut diximus, R. P. Gulielmus De Wael, dum erat Provincialis, attulit ad Collegia Brugense, Cortracense, Alostonum, Iprense, Dunkeranum, Aldenardense, ut suis locis et annis legitur.

tamen ut (quantum assequi potui) simul lectori constet, quinam ex nostris singulas Stationes excoluerint. »

« Hisce, inquam examinandis, describendis, illustrandis primariam operam impendam. Tum paucula, quæ supersunt ad hunc annum monumenta, quæ ad determinatas Stationes referri non potuere, manuscriptis cæteris attexam, quales sunt famosæ Illmi Rovenii ad hunc annum Constitutiones; quales etiam sunt Ludovici a Marca, et prædicti Illmi Vicarii super Communione Generali ac Sodalitatibus aut in Missione institutis, aut instituendis, utrimque conscriptæ litteræ. »

« Priusquam tamen hæc omnia auspicemur, præmittenda sunt Operariorum nomina, qui anno 1638 in Missione egerunt, desumpta ex libellis Provincialium, archivii Soc. Jesu Bruxellensis (1): »

« Ludovicus a Marca, defunctus Superioratu Missionis mense Septembri, successorem habuit Adrianum Cools, eodem mense. »

« Hic attwendæ sunt litteræ Ludovici a Marca, Ultrajecto inscriptæ Illmo Rovenio 3 Martii, quia de nonnullis ad hunc annum Operariorum mutationibus agunt, et utiles esse poterunt in tradendâ nonnullorum Missionariorum successione: »

« Illustrissime ac Reverendissime Domine. »

« Mitto de more numerum baptizatorum, ac matrimonio junctorum a S. J. missionariis per hasce provincias. Non miserunt suum numerum, qui consueverunt eum exhibere Dominis (2), qui suis in locis pro Pastoribus sunt. Seriùs autem quam desiderassem hæc mitto, quod nonnullis, per ultimum gelu, nuperamque agrorum inundationem, difficultas itinerum facultatem eripuerit tutò transmittendi. »

« Ob varias Collegiorum necessitates evocati sunt Gerardus Martini, Cornelius Sarcerius et Nicolaus Alardi. Pro Dno Martini, est Goudæ, nunc Dnus Vincentius le Boucq; pro Dno Sarcerio Dnus Hermannus Schefferus, Germanus, sed belgicæ linguæ peritus, per agrum Doccomiensem; sed hic modò vices supplet

Quinam hoc
anno in Mis-
sione egerint?

(1) P. Ludovicus a Marca, Sup.	P. Livinus De Clerck.	P. Conrardus Blommaert.
P. Joannes Riserius, Cons.	P. Theodorus Kievidt.	P. Joannes Matthiæ.
P. Gerardus Van Vlierden, Cons.	P. Guliel. De Jonghe.	P. Joannes Zambeeck.
P. Jacobus de Gouda, Cons.	P. Reinerus Houtmans.	P. Joannes Zanol.
P. Gulielmus Goetgebuer, Cons.	P. Frans Beaumez.	P. Godefridus Boll.
P. Aug. Van Teylingen, Cons.	P. Egbertus Van Vilsteren.	P. Oliverius Callant.
P. Gulielmus Pyl.	P. Carolus Isenbaert.	P. Nicolaus Alardi.
P. Gulielmus Wely.	P. Henricus Van Surck.	P. Adrianus Van Mael.
P. Ludovicus Sothieu.	P. Joannes Van den Broeck.	P. Petrus Vandenberghe.
P. Petrus Laurentii.	P. Joannes Alardi.	P. Petrus Carthy.
P. Joannes Blocklant.	P. Willebrord. Vanderheyden.	P. Cornelius de Crits.
P. Gerardus Otthonis.	P. Joannes Kiel.	P. Everardus Bruynincx.
P. Petrus Plempius.	P. Ægidius Van Huffelen.	P. Vincentius Le Boucq.
P. Hieronymus Van Surck.	P. Joannes Kegelaer.	P. Nicolaus Krepsius.
P. Jacobus Mets.	P. Cornelius Sarcerius.	P. Aloysius Moliner.
P. Balduinus Rommelius.	P. Wichardus Matthiæ.	P. Isaac Vermey.
P. Nicolaus Dorpius.	P. Gislenus Watteau.	P. Hermannus Scheffer.
P. Rolandus De Potter.	P. Antonius Stock.	P. Robertus Du Rieu.
P. Petrus Maillard.	P. Nicolaus Van Loenen.	P. Martin. Vandervloet.
P. Franciscus Innevelt.	P. Thadæus a Weringa.	P. Nicolaus Cuypers.
P. Gulielmus Gaspoel.	P. Antonius De Moor.	P. Corn. Vandermeersch.
P. Theod. Alph. De Reede.	P. Theodorus Zoer.	P. Joan. Weckhoudt.
P. Arnoldus Bylers.	P. Joan. Steenwycanus.	P. Robert. De la Planche.
P. Joannes Vandermeer.	P. Joannes Dobbe.	P. Joan. Mesdach.
P. Adrianus De Renesse.	P. Simon Linteloo.	

(2) Patres nostri in Hollandia semper designabantur *Domini* nomine, etiam in litteris Provincialium.

Dni Willebrordi Vanderheyden, Leovardiæ, qui jam octavum mensem lecto æger affixus fuit. Pro Dno Nicolao Alardi, D. Fredericus Fekenius per Ommelandiam ab annis aliquot ad eamdem functionem Illustrissimæ Vestræ Gratiæ præsentatus : tres viri, jam pridem in Societate per omnia probati. A mensibus aliquot, nisi me memoria fallat, Ill. vestram Gratiam certiorem feci : D. Wichardum Mathiæ, ejectum Groningà, curare agrum Transisulanicum loco Dni Isembaert ; D. Livinum de Clercq pro eo esse Groningæ ; Dnum Joannem Sambeke, Harderwycæ loco D. Joannis Alardi ; D. Cornelium Crits esse Leovardiæ pro D. Joanne Pratano jam pridem in Provinciam revocato. D. Carolus Isembaert et D. Oliverius Callant sunt Neomagi. Dnus autem Joannes Alardi, Bommeliæ, loco Oliverii Callant, unde subinde in oppositum ripam Tilensem excurrit. Confido paternam singulis benedictionem ab Illmâ Vestrâ Gratiâ impendendam esse ; Deum autem vicissim rogo, ut Illmam Dominationem Vestram omni bonorum genere cumulare dignetur. »

« Illustrissimæ ac Rmæ Dominationis Vestræ.

Ultrajecti, 3 Martii (stylo novo) anno 1638.

Servus humillimus

Ludovicus Caroli. »

Fructus
generales
per totam
Missionem
collecti.

« Nunc acta Nostrorum in Missione, prout a Goetgeburio descripta, sunt auspicemur. Annum hunc usitata Batavicæ vineæ cultura, ac par culturæ fructus de more lætum ac memorabilem, nonnullorum e sociis captivitas, atque unius e vivis excessus tristem quoque ac funestum, reddidit. Eodem fere Operarum numero ac laborum contentionе, quo superioribus aliquot annis, Catholica res gesta est ; ac longe lateque religionis et pietatis, uti solet, facta sementis, ac læta messis. Quippe Sociis, non solum urbes in quibus habuere domicilia, sed circumiacentem quoque agrum, ac vicina oppida strenue excoletibus, utrobique ex animi sententiâ successit labor ; et cum tractabilia fere sint hujus ingenia, haud facile dici potest, quam non difficile, nostrorum hominum ad rectam fidem veramque virtutem efformantium manibus, obsecuta sint. Sacræ exhortationes et catecheses habitæ, omni fere die. Homologeses peccatorum auditæ, cœlestes epulæ quamplurimis adornatæ, quotidiani multorum ad frugem, aut ad fidem reditus, locis omnibus ita communia, et assiduo usu quasi trita sunt, ut iis sigillatim enarrandis immorari haud-quaquam necesse sit. »

« Anno vix adulto, inter præclara Patrum studia sempiternus virtutum hostis Satanæ sibi non defuit. Quippe renovatum, ac plerisque per Bataviam oppidis denuo promulgatum, quod anno 1622 in rem catholicam latum fuerat Edictum (1), quo Catholicis ademptus omnis suæ religionis usus, atque omnes nostræ Societatis homines, cum reliquis, quâ liberis, quâ religiosis Sacerdotibus, etiam indigenis, qui ante eum diem apud Magistratum sua nomina professi non fuissent, omnibus Fœderatarum Provinciarum finibus facessere jussi sunt. Coacti insuper urbium atque omnium oppidorum Prætores, coram supremâ Ordinum Curiâ jurati fidem facere, daturos se operam ut huic Edicto sua constaret auctoritas, neque ullâ vel largitione, vel gratiâ inducendos esse, ut ejus gratiam Catholicis ficerent. Et

(1) Collocabitur supra, suo loco et anno, istud Edictum, sive *Plakaat der Staten-Generaal van den 24 February, 1622* (Kerk. Placaatboek I. 544.) verbiedende en interdicerende « dat geene Jesuiten... nocte priesters, » papea, monnieken, ote andere geordende personen van de roomsch-gesinde, in de Vereenighde Nederlanden « en geassocieerde plaatsen, en sullen mogen komen of verbliven, het zy of de selve ingebornen zyn of niet. »

quidem, plus terroris ea res, quam incommodi attulit. Edicti nempe metu brevi remittente, sua paulatim redditia est rei Catholicæ tranquillitas. »

« Ita Annuarum auctor. Nos de illo Edicto infrà ad Stationem Sylvædaciensem nonnulla singularia proferemus. » (inquit P. Norbertus Aerts.)

« *De Stationibus in Comitatu Hollandiæ.* »

« De nullâ, nisi de Harlemensi ac Hornanâ meminit in litteris Annuis, P. Goetgebuer, quæ autem de his tradit nos suo ordini inseremus. »

« Hagæ-Comitis etiam hoc anno egerunt Balduinus Rommelius, et Gulielmus Goetgeburius. De horum, atque eorum in illa Statione prædecessorum laudibus, labore ac fructu, exstat in Archivo Amsterodamensi latum ab Hagæ-comitanis testimonium, ad diem 6^{am} Januarii, in hæc verba! »

Hagæ-Comitis
quinam ege-
rint.

« Nos infrascripti, cives et incolæ Oppidi Hagiensis, hisce litteris manu nostrâ subscriptis, testamur, Patrum Societatis Jesu, ex quo in has Foederati Belgii provincias missi sunt, operam, huic oppido et vicinis pagis, apprime utilem ac fructuosam extitisse; quippe, e primis eorum P. Gulielmus Leonis, P. Cornelius Duystius, P. Joannes Bargius, et P. Adrianus Arboreus, aliisque, cum in illâ temporum iniuitate et Operarum penuriâ nullibi figerent sedem, sed omnem fere, quaquâ patet, Bataviam indefesso labore, cursuque lustrarent, Hagam quoque invisebant per intervalla, ac repertas ibidem tenues catholicorum reliquias omnibus instituti sui muneribus excolebant; unde paulatim multis in religionis ac pietatis cultu eam in dieu languentibus injectus ardor, aræ inter domesticos parietes a pluribus excitatæ, locaque celebrandis coetibus et habendis concionibus adaptata, haud exiguo religionis ac pietatis publicæ privatæque incremento. »

« Inde cum, multiplicatis sacris ministeriis, stationem apud nos figere cœpit ex eadem Societate P. Theodorus Tackius, majus quoque operæ pretium domi forisque ab eo referri cœptum. Hujus viri labor multis annis apud nos omnem in partem quam utilissimus fuit, instituendis rudibus, dies noctesque visitandis ægris, juvandis e Catholico ritu moribundis, impertiendis omni hominum ordini sacris mysteriis, reducendis errantibus, nutantibus confirmandis, excitandis in Christiano officio languentibus; denique et eâdem operâ ad vicinos agrestes quâquaversum longe lateque circumferendâ. »

« Porro in iisdem vestigiis insistunt duo Patres Societatis, qui apud nos etiamnùm versantur; atque eorum labore, suis in dies incrementis augetur ecclesia, crescit numerus sacras conciones ac divina mysteria celebrantium; religionis denique ac pietatis cultus, Deo laboribus eorum benedicente, magis magisque enitescit. Quæ cum vera sint, hisce manu nostrâ subscriptis testimonium veritati dedimus, Hagæ, 6^a Januarii 1638. » .

Erat subscriptum : C. Nobelaer.

Theodorus de Jonghe,
F. Vandermeer.

Inserius erat adhuc subscriptum :

« Ego Gulielmus de Cuylenburch, Notarius publicus coram curiâ Hollandiæ, habitans Hagæ-comitis, attestor, me bene novisse nobilissimos atque clarissimos viros : Dominum Cornelium Nobelaer, toparcham in Grisoort; Dominum Theodorum de Jonghe,

nec non Dominum Franciscum Vander Meer, causarum patronos, coram supremâ curiâ Hollandiæ, viros admodum catholicos, bonæ familiæ, fide dignissimos, quippe qui a majoribus, et ab ineunte ætate in omni dignitate claruerunt. Quæ omnia vera esse paratus sum juramento confirmare. Actum Hagæ-comitis, die 7^a Januarii, anno 1638; »

Erat subscriptum : G. Cuylenburch.

« *Et infra* : Concordat præsens copia de verbo ad verbum cum suo originali. Bruxellis, 28 Januarii, 1638, per me infrascriptum Notarium regium Apostolicum. »

P. Van Nuvele.

Quinam egerint Delphis,
Roterodami,
Rhonæ,

« Delphis, Rolandus de Potter et Nicolaus Dorpius; Roterodami Petrus Maillard, ac Rhonæ Franciscus Innevelt, suis quique locis etiam hoc anno perstitere. De domuin actis nihil uspiam reperio. »

« Goudæ, egit hoc quoqne anno pene toto, Gerardus Martini cui demum successit Vincentius le Boucq. Specialia quædam huc spectantia decerpam, ex manuscriptis ipsius Vincentii, (confectis mense Augosti 1640), in hæc verba : P. Gerardus Martini, Goudæ per annos 12 in proximorum salutem indefesse desudavit, donec in morbum gravem incidit, quando missus est P. Vincentius le Boucq, qui recens provinciam hanc intrarat; cumque omnia solus obiret, rogarunt Superiorem Missionis, Dominum a Marca, primores Goudani, ut etiam a morbo patrem Martini apud se in auxilium habere possent. Quare commoratus est ibidem, a 29 Julii anni 1638, usque ad medium Decembris, cum Pater Martini ingenti cum civium dolore avocatur, pro quo retinendo vehementer institerunt, plurimique domos suas privatasque ecclesias P. Vincentio occlusere; atque P. Gerardum de illis optime meritum revocare cogitabant (jam enim in Brabantiam abierat), etc. Hæc Vincentius.

Ex quibus liquet, non usque adeo fidendum Catalogis archivii Bruxellensis; ut quid enim nomini Gerardi Martini ad annum 1637 in Catalogo superindicta est lineola; ac si nequidem eo anno in Missione fuisset? ut quid etiam hoc anno 1638 ejusdem nomen plane omissum, cum tamen in Missione egerit? (1) Hæc annotare libuit, ut planior fiat de Joanne Schouwenio disceptatio, infra ad stationem Leidensem. »

Oudewatriæ,

« Oudewatriæ, Ludovicus Sothieu et Joannes Dobbe, ille præcipue oppido, hic agro pagisque conterminis excolendis intentus, uterque laboris sui fructum retulere. »

et Leydæ.

« Lugduni, P. Gerardus Van Vlierden, et quidni fidenter dicam, P. Joannes Schouwen, etiam hoc anno egerunt. Vide, lector, quæ disserui ad Stationem Ziericzeanam anno 1636. Sed præsertim recollige manuscripta Joannis Veldii, de re ecclesiastica Groningana ad annum 1640. Ibi inter cetera tradit, in 2^a parte, capitilis IV, Schouwenium Groningæ Leydam abiisse, laborum illius etiamnum sedem, nempe anno 1640. Ex quibus pene manifestum mihi fit, aut ex oscitantiâ, aut errore nomine Schouwenii in Catalogo anni 1638 omissum esse (2). Cæterum, quid ab iis hoc anno actum perpessumve sit, hactenùs me latet, cum nihil de eâ Statione prodant Annua. Primarii e Leydensibus Catholicis, hoc anno 2^a Januarii, testati sunt publico juramento, adjutam eam Civitatem præcipue fuisse a Regularibus

(1) *Ut quid?* Responderi potest : quia Catalogis, post PP. Provincialis dispositiones conscriptis, supervenit currente anno, bonas ob causas, mutatio personarum.

(2) Neutrum liquet; nec oscitantiâ, nec error; sed ita rem se habuisse quo tempore redigebatur catalogus.

et Patribus Societatis Jesu; traditque Ignatius Diertins, in suo Summario, istius instrumenti formulam in Archivio Romano extare (1). »

« De Harlemo sequentia tradit P. Goetgebuer : »

« Nonnullam hic procellam excitavit alterius e Sociis, qui ibidem animarum commodo consulebant, inopinata captivitas. Redibat is Amsterodamo, indidem civis, nescio qua re gesta; et quum navigio inter caeteros efferret pedem, ad urbis portam ab urbano Prætore, eam in rem videlicet excubante, interceptus est. Turbavit id, ut par erat, Harlemenses Catholicos. Sed cum opes operamque suam, liberando e custodiâ Patri certatim plerique conferrent, (quod in negotiis quæ ad Dei gloriam divino ductu geruntur usuvenit, ut plerumque quidem quam optime cadant, ac sæpe etiam felix eorum eventus in aperto sit) Pater, post non illiberallem aliquot dierum custodiam, interrogationibus tamen plurimis a magistratibus exagitatus, persoluto mille sexcentorum florenorum lytro, sine aliâ noxâ manumissus est. Et verò ingratum Societatis moderatoribus, ipsique adeò Patri accedit, cum intellexere, ei in libertatem asserendo tantum æris esse profusum: sed præproperæ amicorum charitati dandum fuit, quod clam omnibus nostris, temere atque inconsulto (2), pro suâ in Patrem voluntate designaverant. » « Ita ille. »

« Extra controversiam est, quin hoc anno et pluribus securis, Harlemi egerit Joannes Bloolandus. De Simone Linteloo necdum ausim affirmare, ob ea quæ dixi anno superiore. Si hic tamen eò loci resederit, incertum redditur in quem cadat prædicta captivitas: uterque enim Amsterodamo oriundus est, fuitque istius urbis civis. Quare certiora daturis calamum commodabimus. »

« Wesopiam, moderatorum jussu, a Nicolao Loenesio (Van Loenen) desertam esse; atque adeo nullum e Societate hoc anno in eo Oppidulo resedisse, tametsi nullis tabulis ad hunc annum probatum reperiam; videtur tamen, ex iis quæ anno proximo ex variorum litteris proferam, omnino manifestum. »

« Amsterodami ac Alcmariæ, illic Augustinus Teylinghen et Petrus Laurentii, hic Petrus Plempius consuetis erga proximum exercitiis institere. Peculiaria nulla suppeditant Annuæ. Exstat in Archivio Romano testimonium Petri Laurentii, latum 12 Januarii de potatione Dni Leonardi Marii » (3).

« Hornæ, ut dictant Annuæ, e voto animique sententiâ, quamvis nonnullos inter fluctus ac procellas, gesta res est. Usitatam superiorum annorum frugem, auxerunt hoc anno grassatæ hic in omnem ordinem atque ætatem malignæ febres; earum quippe atrocità labefactatis summis et infimis, omni nostrorum munerum ope subventum. Compluribus S. Mysteria adhibita, qui in eam diem rite ea nunquam usurpaverant. Quinden quoque ejuratâ hæresi ad Ecclesiam adjuncti. Ita

(1) *Summarium*. P. Norbertus Aerts, in Actorum t. 4 (pag. 461) sub titulo *Memorabilia Missionis spectantia ad annum 1637*, dicit: « Summarium quoddam omnium MS spectantium ad Missionem Hollandicam, » quæ servantur vel in Archivio Romano, vel descripta sunt ex libris Procuratoris generalis Societatis nostræ, » confecit P. Ignatius Diertins, Ex-provincialis cum Romæ ageret anno 168.... » et dubius, non determinat numerum. — Atqui P. Ignatius Diertins, Romæ quidem fuit anno 1681, missus ut Procurator ad Urhem. Deinde fuit ibidem anno 1682, ut deputatus ad Congregationem generalem XII^{am}. Erat in Belgio annis 1683 ad 87. Visitator in Polonia et Lithuania an. 1688-91. Fuit Provincialis 2^o Flandro-Belgicæ, anno 1694 et sequentibus: Nonne ergo, donec aliud constet, P. Ignatius Diertins istud Summarium scripsit, decurrentibus annis vitæ suæ quatuor supremis, quando post Congregationem XIV, degebat ut Assistens Romæ, ubi obiit 4 Octobris, 1700?

(2) *Temere et inconsulto*. Prætores enim istiusmodi lucris alliciebantur ad fraudulentam severitatem.

(3) Pro-Vicarii Harlemensis.

Harlemi unus
capitur, et re-
dimitur.

Wesopiam sta-
tio deserta,

Amsterodam:
et Alckmarie
quinam.

Acta Hornæ.

illæ. » Quæ referenda esse ad P. Jacobum Metsium et P. Hieronymum Surckium, nullus pene dubito.

De Enchusæ
quædam singularia.

« Enchusæ, quanquam hoc anno Stationem non tenuimus, non nihil tamen a Nostris subsidii impensum est. Quia enim inexorabilis in non admittendo Societatis homine perstabat Rovenius, et omnia lenitatis ac patientiae remedia ut Enchusanis succurreret consumpserat Societas, rursùs hæc cœpit uti jure suo, sibi concesso a Perillustri Dno Richardo Stravio, Pro-Nuntio Apostolico; ita tamen moderate ac circumspecte id egit, ne jure merito Illmus Rovenius offendì posset. Exstant huic rei elucidandæ nonnulla ad hunc annum et sequentem monumenta, atque inter hæc præcipuum cui titulus : *Series rei gestæ, Enchusæ*, de quâ anno superiore locutus sum, et sequenti loquar. Sed danda sunt hic nonnulla, quæ ad tempus regiminis Ludovici a Marca spectant. Exstant in primis, ad diem 14 Januarii, hujus anni, Litteræ prædicti Ludovici, quæ in Archivio Romano servantur, verosimiliter ad P. Thomam Cortnæum Romam transmissæ, in quibus tradit mittere se duo testimonia Enchusanorum ; (ea probabiliter quæ anno superiore descripsi.) Tum narrat quomodo, impulsu sæcularis Sacerdotis, prope Hornam, Dominicanus captus sit. Ita scribit in suo Summario Ignatius Diertins.

« Ad diem ¹⁸ Martii, sequentes, super re Enchusanâ, Illmus Rovenius Ludovicus a Marca inscripsit : »

« Adm. Reverende Pater »

Rovenius
conqueritur de
P. Vilsteren,
sed hic

« Accepi quem nuper misisti Catalogum baptizatorum, et matrimonio junctorum a Vestris. Gaudeo de profectu, et opto ut magno cum fructu et ædificatione opus Dei promoteamus in vinculo pacis. »

« Contristavit, quod certa relatione cognovi de P. Vilsteren, et alio quodam ex Frisia, socio P. Willebrordi, Leovardiæ; quod Enchusæ præsumpserint congregations plures hisce diebus facere, concionari, bis in die celebrare, immorigeros quosdam fovere, aliaque peragere quæ sciunt sibi per Nos, non sine ratione, prohibita. Animositas et vanitas Patris Vilsteren tanta est, ut omnia sibi licere putet. Monitus alias nomine nostro, superbe satis respondit : se nostram prohibitionem non curare; et jam propositum mihi est inobedientiam illius duriori remedio punire, ut discat modestiùs agere, et cæteri timorem habeant. Malui tamen require Rev. Vestram, ut sua monitione et inhibitione petulantiam ipsius coërceat; neque permittat quemquam ex Vestris, sine speciali nostrâ, vel Pastoris Enchusani licentiâ illic Conventus facere, vel concionari, aut Sacraenta præsertim pastoralia administrare; ne alioqui cogamur procedere ad censuras, secundum ratiouem Officii nostri, et facultates nobis a Sede Apostolica concessas. Confidens quod R^a V^r mitiori modo providebit, hæc paucis volui significare. Deum oro, ut Rev. Paternitatem vestram suâ protectione conservet. Ex loco nostro, die ¹⁸ Martii, A^o 1638. »

Adm. Rdæ Paternitatis Vestræ

Addictissimus in Christo conservus,
Phil. Archieps Philippen.; Vic. Aplicus. »

excusatur.

« His litteris in hæc verba respondit Ludovicus : »

« Illustrissime ac Reverendissime Domine. »

« Permisi Dno Vilsterio, jam fere ab anno, et recenter Dno Critsio, socio Dni Willebrordi, ut, Enchusæ transeuntes, Fidelium qui se offerrent confessiones exciperent, eosque S. Communione pascerent; concionibus tamen abstinerent (pacis gratiâ), et multo magis Pastoralibus, nisi fortasse (quod semper subintelligendum

est), aliud suadeat occurrentis necessitas. Hæc fieri a Nostris posse, et res ipsa loquitur, et Illustrissima V^a Gratia postremo congressu clare mihi edixit sibi non improbanda. »

« Præter hæc, quod sciam, nihil a Nostris gestum est, nisi quod D. Vilsteren, stans, ad multos valde rudes qui ad Sacraenta confluxerant, breviter dixerit, necessariæ instructionis gratiâ. De Dno Critsio nihil simile hactenùs intellexi. »

« Si multi confiteri voluerint, mirum non est rem speciem habuisse conventûs. »

« Rebelles nullo modo foti sunt. Neque sine injuriâ rebelles dici possunt, qui maluerint Regularibus quam sacerditalibus confiteri, usi libertate quâ Fideles toto mundo fruuntur. »

« D. Vilsteren fortasse significare voluit, se jam ab annis aliquot ad hanc Missionem minime pertinere; quod verum est. Tantum enim hæc transit, vel aliquamdiù subsistit, negotiorum gratiâ sibi a Superioribus commissorum. »

« Sane, mihi jam pridem persuasi, multa ipsi Illmæ V^a Gratiæ coram probanda, quæ subinde nonnulli de Clero sacerditali in deteriorem partem inflectunt. »

« Hisce Deum rogo ut Illmam V^a Gratiam multos annos incolumem servet. »

« Ultrajecti ²¹ Martii, 1638.

Illmæ V. G. Servus humillimus,

Ludovicus Caroli. »

« Demùm, haud longe post, Ludovico rescripsit Rovenius; cujus litterarum partem quæ de Enchusanis agit, dabimus in hæc verba :

« Adm. Rev. Pater, »

..... Cavendum ne concurrentia confusionem pariat, quam doleo Enchusæ non satis caveri. Ibi nulla necessitas. Si qui desiderio teneantur confitendi Vestris, possunt alibi in vicinis locis eos convenire. De P. Vilsteren vereor me nimis vere dixisse, quod inquieti sit ingenii et satis vani. Deus misereatur illius et nostri! Non puto transeuntibus permittendum, ut pro suo placito conciones alicubi instuant, aut conventus faciant. Nec est quod dicant, se nobis non subesse, ac proinde nostras inhibitiones non curare, nam pro ratione delicti sortientur forum; maxime si Superiores requisiti ut remedium adhibeant, illud præstare recusent. Det nobis Deus gratiam omnia honeste et secundum ordinem faciendi, in spiritu humilitatis et charitatis. Commendo me precibus vestris. »

Ex loco solito, 26 Martii, 1638.

Adm. R^a Dominationis V^a.

Humilis conservus,

« Phil. Archiep. Philipp. Vic. Aplicus. »

« Alteram barum litterarum partem (inquit P. Aerts) dabimus ad Stationem Agri Transisulani. Alia ad hunc annum de Enchusâ non reperio. »

De Stationibus in Comitatu Zelandiæ.

« Middelburgi Gulielmus Gaspoel in angustiis de more versatus est. — Ziriczeæ, Acta in Zelandia. præcipuos e catholicis, et quibus res catholica potissimum nitebatur, mors abstulit; reliquis, a novi Prætoris atrocità dicam, an avaritiâ, solito major incussus timor, unde et Noster (Joannes Kiel), qui religionis ac pietatis causam ibidem tuebatur, in latebras pene compulsus est. Interim tamen, spreto periculo, moribundis ritu catholico adornata mors. Nonnulli, et ii quidem provectæ ætatis, adducti ad religionis integritatem et S. Mysteriorum usum. Memoriâ fortasse non indignum, quod

a nonnemine observatum, quasi nonnullum Dei rebus nostris haudquaquam indormientis argumentum; nempe, hujus Oppidi Proprætorem, suā proræturā abire jussum cum dedecore, tametsi alia de causā, eodem anniversario die, quo ante biennium, nostro Sacerdoti in publicum progresso manus injecerat. »

De Statione in Ducatu Brabantiae (septentrionalis).

« Nihil de hac Statione tradunt Annuæ. Egerunt autem in illâ Arnoldus Bylers, Joannes Van der Meer, et..... »

Edictum in
Sacerdotes
Sylvestrini,

« Fuisse hunc annum Operariis nostris turbulentum, satis indicat promulgatum in Sacerdotes hoc anno Decretum, cuius formulam vernacula scriptam nactus sum, in hæc verba :

« Men gebiedt, van weghen myne Heeren den Hooghschouteth, ende Schepenen dezer stede van s'Hertogenbos, allen en een iegelyke borgeren ende inwoonderen der selve stadt, soo geestelyck als wereldlyck, dat sy datelyck en promptelyck sullen hebben te obedeieren, ende naer te comen dese naervolgende resolutie, by missive van 23^{ma} Januarii lestleden aan mynheeren den Hooghschouteth ende Schepenen gesonden, ende gelast de selviche sonder uytstel ter executie te stellen, luydende als volgt : »

Extract

uit het register der resolutien van de Hoogh Mogende Heeren-Staten generael der vereenigde Nederlanden, Sabbati, den 23 Januarii, 1638.

« Is naer voorgaende deliberatie goetgevonden ende verstaen, mits desen, te verclaren van goeden prise de Papen, de welcke heur in de verboden conventiculen hebben laeten gebruycken om te prediken, Misso ofte eenighe Paepse supersticie te doen, ofte daer toe vergaederalinghe te maecken; ende worden de zelve Papen ransonabel gestelt ter somme van ses hondert gulden toe; met permissie, wanneer eenighe papen souden geatrapeert worden, die van meerder vermoghen souden moghen zyn, dat de selve alhier souden moghen bekent gemaekt worden, tot hooger rautsoen van de selve geresloveert te worden. Ende wort hier neffens verclaert, dat so wie syn huys, schuere, erven ofte plaetsen, tot eenighe sulcken verboden vergaderinghen sal geleent hebben ofte laeten gebruyken, dat de selve persoon, daer voor sal gemulcteert worden ter somme van dry hondert gulden voor elke reyse. Ende by soo verre den weert, ofte huysheer van de plaatse, daer de ongeoorlofde vergaderinghe gehouden sal syn, den paep sal hebben laeten evadeeren, dat hy sal gehouden syn voor het rantsoen te verantwoorden. Voorts, dat idereen van de toehoorders, ofte personen in alsulcken verboden vergaderinghen verschynende, gemulcteert sullen worden ter somme van vyfentwintigh gulden voor ider reyse, boven het opperste kleedt; 't appliceeren de resten van de mulcten, tot profyt van den aenbrengher die de vergaderinghen sal ondekt hebben, ende de weder-helft aen den officier d'executie doende. Allen 't welk dat, by publycke affixie-brieven, de stadt van den Bosch sal werden bekent gemaekt, op dat niemandt daer van ignorantie en hebbe te pretendeeren; ende sal by de voorseyde affixien geordeneert ende bevolen worden, alle papen ende andere geestelycke mans-persoonen, uter voorseyde stadt datelyck te vertrecken, ende buyten de selve stadt te blyven, zonder daerinne wederom te moghen keeren op pyne als voor. Dan, de papen, ofte andere geestelycke personen, die acte ofte consent hebben van binnen de voorseyde stadt te moghen verblyven, sullen de selve acten,

oſte copyen authentycke van dien, overleveren aan den hoogh-schouteth ende ſchepenen der stadt S'Hertogenbosche; om alhier overgesonden te worden, ende op die, de continuatie, oſte discontinuatie van dien, naerder geresolveert te worden. — Ende was geſeparapheert: S. de Knuydt vt. — Onder staat: accordeert met het voorschreve, ende was onderteekent, Corn. Müſch. — Ende worden dien volgen gelast, allen ende een igelyken, van de voorschreven acten hebbende, de ſelue, oſte authentycke copyen van dien, binnen vierentwintigh uren naer de publicatie deses, overtebrenghen aen de heeren gedeputeerdeñ, die daertoe alhier op het raedtshuys ſullen ſitten in de plaeſte daer gewoonlyck is d'ordinarieſſe rolle te houden. »

» Actum den derden Februarii, ſextien hondert achtendertig.

» Ter ordinantie van myn Heeren den Hoogſchouteth ende Schepenen van S'Hertogenbosche. »

Geſteekent C. van Zonſt (1).

Stationes in Ditione Ultrajectinā.

De Ultrajecto, Amersfordiā, et Culenburgo nihil Annuis consignavit Goetgeburius, nec nos ad hunc annum aliunde quidquam accepimus; quare, recensitis ſolūm, qui in iis stationibus egere missionariis, ad alia progredi cogimur.

Acta in
Ultrajectina
ditione, et

Ultrajecti egerunt Joannes Riferius, Jacobus de Gouda etc.

Amersfordiæ P. Adrianus Renesse; et Culenburgi P. Gulielmus Welij. Wycæ (ut tradupt annuæ) domi forisque privatim singulis, et publice omnibus, pro rerum ac temporum ratione consultum. E quadringentis, qui eo in oppido agroque vicino numerabantur, orthodoxis, diem obière triginta ſex, ſacris omnes mysteriis ad eam vitæ clauſulam rite (a Theodoro de Rheede) instructi. Hand paulò plures, cum extreme laborassent, eorumdem mysteriorum uſui, recuperatam praeter ſpem valetudinem acceptam retulere. Sacrae ſupellectili accessit altaris ac Sacerdotis nova vefis, atque illa quidem eleganter acupicta; hæc filo aureo pulcherimum in modum contexta etc.

Vianæ (ut eadem litteræ proſequuntur) ſuis adhuc cancellis, quos Vicarius Apostolicus posuerat, circumscriptus fuit P. Gulielmi Pylii labor. Eos anno currente perparūm laxavit. Toto hoc oppido, agroque ſuburbano grassata pestis. Plerisque eā tactis, Pylius opportune vel ſolatio, vel auxilio, præſtò fuit; majus operæ pretium procul dubio relaturus, ſi plus ei per Vicarium Apostolicum licuiffet.

Stationes in Ducatu Geldriæ.

Arnhemii, Wageningæ, Rhenæ (ut Annua perhibent), etsi magnis in angustiis ac rerum temporumque difficultatibus, utilis tamen ac ſalutaris (a Joanne Zanolio) navata eſt opera. Aquæ reliquiarum S. Ignatii attactu ſacratae, multis ſaluti exſtitere.

in Ducatu
Geldriæ.

Quatuor e sociis Embriensibus, captiuis Arnhemum adductis, quæ potuit impensa charitas a civibus oppidi, et a Zanolio religionis ac pietatis causam ibidem agenti. Eorum bini cum revertebantur ex agro, oppidoque Bergensi, nonnullā iis locis optimæ frugis ſemente factā, in milites Ordinum agendis quaquāversum prædis intentos inciderant. Qui cum domum ſtato tempore non rediiffent; alii duo ad eos

4 PP. capti.

(1) Summatim, hoc Decreto Senatus Sylvaducensis jubetur: Sacerdotes, qui Missam aut alia conuenticula papisticæ ſuperſtitioſis celebraunt, carceri mancipandos eſſe, aut redimendos preſcio florenorum 600, vel amplius. Illorum hospitem, aut qui domum ſuam, horreumve commodarit... mulctandum florenis 300; et insuper fl. 600, ſi Sacerdotem evadere permiferit. Eos vero, qui Missæ, aut conuenticulo adſuerint, mulctandos florenis 25 pro ſingulis vicibus etc.

perquirendos a Rectore missi, nescio quâ ratione, eamdem in calamitatem incurrerant. Quaterni ergo Arnhemiensem in custodiam dati, agente Zanolio, ab orthodoxis civibus omni officii atque obsequii genere culti sunt, quo ærumnosæ captivitatis incommoda, et diuturni carceris pædor, quoquo modo sublevarentur.

*Neomagi, et
in viciniis
acta,*

» Neomagi, Henricus Van Surck, Carolus Isenbaert et Oliverius Callant, (de quorum actis nihil exstat in Annuis,) solitis erga proximos ministeriis operam dedere. Videri possunt litteræ Ludovici a Marca ad diem 3 Martii, quas superiùs descripti..... »

« In Agro Tilensi perstiterunt etiam hoc anno Antonius Stock, et Gerardus Ottonis, de quibus quoque nihil uspiam consignatum reperio. »

« Bommeliæ, et per universam Maesewaliam (ut Annuæ testantur) suus etiam rei catholicæ (per Joannem Alardi) impensus est labor. Ciborum discrimen statis ab Ecclesiâ diebus, quod, apud plurimos sanæ quoque religionis ac Fidei, promiscuo hæreticorum usu ac consuetudine viluerat, plerisque persuasum. Ad S. Mysteria crebriùs, uti par erat, celebranda vulgò omnes inducti. Aegris ac moribundis adhibita æternæ vitæ præsidia. Inter dissidentes conciliata pax, et quæ multis annis flagraverant odia, feliciter extincta sunt. »

*Harderwycæ,
etc.*

« Harderwycæ, adolescens pseudo-theologiæ studiosus, qui anno superiore, perfecto Becani de rebus fidei controversis Enchiridio, Calvinum ejurat, meliore jam Christi armaturâ indutus, cum Magistris suis, rei Calvinianæ ministris, ausus est in arenam descendere. Sed, cum palmam daret semper veritati falsitas, neque illi pudorem suum sufferre possent, addixere adolescenti, aut celebrandam illi esse in Calviniano cœtu profanam œnam, aut eundum in vincula. Utrumque elusit Christi tyro, et in vicinum oppidum se subduxit. — Hardewycensis puella, catholico ritu inter catholicos educata, ancillabatur in domo civis etiam catholici. Hujus uxor, cum prolem enixa esset, absente ab oppido Sacerdote nostro (Joanne Sambecio); et evocati, a Parente rei catholicæ satis rudi, ad illam tingendam ministelli, ea Christianorum initia, nonnisi datis populo verbis, conferenda censerent : ne proles inexpliata decederet, id muneris attonitis omnibus occupavit ancilla, et Deo renatam, cum paulo post mundo denasceretur, cœlo dedit, adstantium aliis puellæ plausum, aliis, ut fit, sibilum dantibus. Manavit res ad Magistratus. Evocata ad dicendum causam puella, cum sacras aquas ad emaculandum peccatum ab origine mortalibus insitum necessarias demonstrasset, atque pro eâ veritate dixisset paratam se vitam profundere, ab attonitis eâ dicendi libertate animique constantiâ Magistratibus, libere abiire jussa est.

..... Superstitiosorum schediasmatum usus, qui sensim in hujus populi mores inductus erat, diligentia Sambecii magnam partem profligatus; et eorum in locum invecta catholica amuleta, sacrorum e cera Agnorum, et probatarum Reliquiarum. Quidam, morti proximus, appensis e collo S. Ignatii reliquiis, præter omnem spem atque exspectationem, sensim sibi valetudinem earum attactu restitui vidit. »

« Neo-Ecclesia quoque, vicinum oppidum, ab eodem Sambecio usitatis excursionibus adjuta; restituti ibidem mores, hæretici ab errore deducti aliaque id genus ad Dei gloriam gesta sunt. Ad sanandas hominum mentes unâ cum corporibus, valere visa sunt sacra usurpata Mysteria : æstuabant duo febris malignis, nec citra periculum; peractâ apud Sambecium confessione remisit illicè vis morbi, ac demum cœlestibus epulis rite celebratis surrexere e cubili, nullo mali deinceps redeunte vestigio. Ita Annuæ, quæ et addunt Velaviam etiam suam dedisse frugem, solitis instituti nostri munieribus (a Joanne Paludano) excultam. »

Stationes in Comitatu Zutphaniensi.

« Zutphaniæ Gulielmus Junius (De Jonghe); Doesburgi Theodorus Kievidt, et per Zutphaniæ, Doesburganum et Twentanum Agrum Godefridus Boll; demùm, et Deutocomi Theodorus Zoer, omnes in iisdem Stationibus etiam hoc anno perstiterunt.

Quæ ab iis vel fortiter gesta, vel tolerata sint, non tradit in Annuis Goetgeburius; nec nos eorum monumenta nacti sumus. »

Stationes in Transirulaniam.

« Swolla, usitatos fructus solito fere benignius tulit. Industriâ atque contentione Swolla, Reyneri Houtmanni, et Francisci Beaumez redière ad integratatem Fidei aut morum prope centeni.

Ex agro quoque suburbano ingens operæ pretium relatum, et illis quoque locis haud modica lecta messis, quibus ab annis triginta, eoque amplius, sementis nulla facta fuerat. Ita Annuæ. »

« De Operariis in Agro Transisulanico, nonnulla ad hunc annum sunt observanda. Compertum mihi quidem est Vollenhoviam, et finitima illa loca quæ ad plagam septemtrionalem urbis Swollanæ sita sunt, à Wichardo Mathiæ, ut anno superiore dixi, fuisse etiam hoc anno exculta. Incertum autem est mihi, quis Wyham Realte, agrumque Daventriensem, loca ad plagam Swollanæ urbis australis sita, excoleret; in quibus, jam a pluribus annis, dixi resedisse Egbertum Van Vilsteren, quem Ludovicus a Marca, in litteris de die $\frac{1}{2}$ Martii, quas ad Enchusanam urbem hoc anno descripti, asserit ad Missionem Hollandiæ jam ab annis aliquot minime pertinere; sed modò per illam transire, modò in eâ aliquamdiu subsistere, negotiorum gratiâ sibi a Superioribus commissorum. In quem sensum illa Ludovici verba accipienda sint, necdum intelligo, cum et ipse in Catalogo suo anni 1636, itemque in Catalogo quoque suo anni 1642, diserte tradat, Vilsterum in Transisulaniam Missionarium egisse; sed et plurima monumenta, quæ exinde suppetent, manifeste declarant Vilsterum, ab anno 1631 usque ad annum 1660, quo Wyhae diem obiit, ejusdem loci atque agri Daventriensis fuisse excultorem. Constat quidem, illum temporibus nonnullis (ut alibi quoque indicavi), egisse ex Superiorum mandato rem procuratoriam, atque in Holsatiæ, ac alia ad loca in quæ mittebatur, profectum, et eâ de causâ intermissam ab eo pauculis mensibus Stationem, in quâ alter ei submissus suppleverit; sed omnino fuisse Wyhanam missionem ab eo stabiliter intermissam; neque, eum ad Missionem Batavicam pluribus annis pertinuisse, hactenùs ex nullis documentis, præterquam ex litteris Ludovici jam citatis edoctus sum; nisi hæc a Ludovico dicta sint, ne Illustrissimus Rovenius in Vilsterum concitatior, durius in eum animadverteret, tanquam ad missionem minime pertinentem, saltem eo tempore, quo rei procuratoriæ, in qua vehementer excelluit, incumbebat. Sed hæc, fortassis apertiora ex posterioribus annalibus evadent.

Ad partem urbis Swollanæ orientalem, tertium e Societate in Transisulania operarium fuisse hoc anno collocatum, qui Drenthanos præcipue excoleret, exhibent nobis litteræ Illusterrissimi Rovenii, Vicarii Apostolici ad P. Ludovicum a Marca, die 26 Martii conscriptæ, in hæc verba :

Admodum Reverende Pater.

« Nihil mihi gratius, quam ut ad loca minus exculta destinentur Operarii qui salutis viam ignorantibus monstrarent, aberrantes ab ea reducant; scio ad Drenthanos raros excurrere, nisi obiter transeundo, eo quod difficulter illic habeatur commoditas commorandi; si Dominus Wichardus Mathiæ, aliquid ibi præstare possit, cooperante Domino Roberto du Rieu, placet; et cum benedictione domini opus Dei illic promoveant. Twentanos, puto non tantâ necessitate laborare; cum præter P. Bonaventuram, et aliquos qui Oldensaliam degunt, habeant ante paucos dies sibi submissum a nobis quemdam Dominicanum; agant etiam in vicinia aliqui ex vestris. Transisulanis quoque ex parte providimus, sic tamen ut optemus ulterius eis subventum in locis, ubi nullos certos sibi designatos habent sacerdotes; cavendum enim ne concurrentia confusionem pariat..... Ex loco solito, 26 Martii, 1638. »

Admodum R^{ds} Domin^{is} Vestræ, Humilis conservus in Duo,
 « Phil. Archieps Philippen. Vic. Aplicus. »

« Posteriorem harum litterarum partem dedi supra ad Stationem Euchusanam. »

Stationes in Frisiâ.

In Frisiâ, « Leovardiæ, cum bene mereri de omni hominum genere pergerent nostri, unus ex iis (ut tradunt Annuæ) in vincula sat miseræ ac diurnæ captivitatis abreptus; alter ex hac mortalitatis custodiâ in libertatem filiorum Dei perfectam, properato piis laboribus atque ærumnis funere, assertus est. Adultâ æstate, cum alter illorum qui rem catholicam ibidem usitatis familæ nostræ muneribus procurabant, in ægritudinem incidisset, e vicino agro evocandus in oppidum fuit, qui ægri vicem impleret. Is VII idus Augusti, primâ luce egressus in suburbia, vix domum ingressus erat in quâ rem faceret divinam, cum repente subsecuti duo satellites, lustratâ celeriter domo, deprehensum in eâ Patrem injectâ manu traxere primùm in curiam, atque in proximam inde custodiam; neque satis exploratum est in hanc diem, an falsi alicujus fratrî indicio proditus fuerit per viam, an vero satellites, nec opinantes, alioqui, e confusis domesticarum quarundam virginum vocibus vultibusque, prædam quasi e vestigio subodorati tantummodo sint. Primâ quæstione, suasu satellitis Pater temere fassus est, se Sacerdotem, rei catholicæ curandæ causâ eò advenisse; egisse noctem unam in illâ domo, in quâ manus sibi a satellitibus injectæ. Fraudî fuit homini ingenuo præpropera confessio. Quamobrem a Magistratibus e vestigio jussus est sexcentos florenos pendere, si manumitti atque custodiâ facessere vellet. Durum erat a tenuibus, neque magno numero catholicis, eam summam exigere, aliaque omnia prius tentanda censebant Societatis præfeci; ne cui damno esset ea captivitas. Supplicatum, modò provinciali Frisonum Curiæ, modò oppidanis Leovardiensium magistratibus; sed nullo operæ pretio. Datæ litteræ a Præfecto missionis ad Colonienses nostros, ut captivi causam Serenissimo Electori commendatam vellent, e cujus ditione is erat, utpote Monasterii natus apud Westphalos. In Brabantiâ quoque, laboratum ab eo qui Provinciæ præerat aliisque istic Patribus, ut in censum regiorum apud Batavos captivorum relatus, cum Batavis apud regios captivis permutari posset. Hagæ Comitis demùm, per Reginam, Regis Christianissimi matrem, tentata res est. Et quidem illa captivi Patris patrocinium, uti læto ac perlubenti suscepit animo, sic fideli quoque curâ ac contentione id prosecuta est, apud illos omnes, quos aliquid eâ in causâ, vel auctoritate, vel gratiâ posse cognoverat. »

« Primùm, a supremis Frisiæ Ordinibus obnixe petiit, ut in sui gratiam Sacerdos captivus libertate donaretur. Mox, irrito hoc conatu, ejus maxime culpâ, qui rem peragendam suscepserat, ad Henricum Nassovium, Frisiae praefectum, qui forte aderat, vota convertit. Et vero quâ erat hic Comes humanitate ac clementiâ, coram Reginae dederat fidem, acturum se pro viribus ut eximeretur vinculis Pater : ac deinde iteratò, ac per litteras, et auctoritatem et gratiam omnem suam captivo addixerat; verum, quae humanis nituntur auxiliis, ut suos quandoque habeant successus, eunt tamen plerumque in longum, et eventûs laetitiam diuturnioris morae taedio compensant. Agebat interim in custodiâ Pater, ejusque certamen tametsi mollioribus initiis coeptum, brevi tamen suis increvit augmentis, eoque processit atrociae, ut ad consilia longe alia quosdam e catholicis civibus impulerit. Carcere primùm clementiore (turrículam vocant) ad denos dies usus, neque pessime habitus, cum indicta sexcentorum florenorum multa necdum penderetur, ad eam validius exprimendam, in antrum subterraneum (vulgo caninam cavam) conjectus est. Erat hoc antrum specie horridum, tetrum odore, situ squalidum, fornice humanam altitudinem non superante, ut erectus in pedes stare vix posset, tenebris adeò foedum, ut pene continuâ candelæ luce, qua persolvendo precum sacrarum penso, qua aliis usibus humanis opus haberet. Hinc densissimâ fuligine, ac vaporibus immundissimis, implebatur locus dies noctesque; atque eâ de causâ ingentes captivo oborti dolorum morsus, ac vertigo capitinis, aliaeque ærumnæ, quibus ad exitum usque, in vinculis agitatus est. Demùm, movit ea viri calamitas unum alterumve e catholicis civibus ut, cum alia remedia tam diù frustrâ tentarentur, atroci et diuturnæ captivitati, quavis viâ ipsi finem facere decernerent. Periclitaturi ergo aleam, cum duobus extremæ audaciæ hominibus pacti sunt, florenos illis quinquaginta datus sese, si Patrem, effracto vi carcere, in libertatem vindicasent. Nesciebat is, inter illa somni vigiliæque confinia quid audiret; ac fortasse dæmonis, sibi per eam temporis ac loci solitudinem illudentis, illam esse petulantiam interpretatus, pertinaciter aliquamdiu siluit. Inde, cum porrò pergerent qui foris stabant, hominem alloqui, atque ad eum vinculis eximendum, vel cum manifesto vitae periculo venisse se, dicentes, resumpsit animos, et excusso e silice igne lumineque accenso, quod unum tum petebant, omnem loci aditum quem infringi oportebat, iis per fenestram inspectantibus ostendit. Haud multò post quartam matutinam, cum e vicinâ statione jam excessissent civium excubiæ, advenere rursùm duo illi vectibus ferreis omniq[ue] alio apparatu instructi ad perfringenda repagula, quibus quâ foris quâ intus effractis, eduxere Patrem per domesticos quosdam vicinorum hortos ac muros in plateam publicam, atque inde, cum deficerent eum vires, in proximam civis catholici domum. Confessi sunt vulgo omnes boni, egregiâ eum Dei tutelâ servatum. »

liberatur
a civibus
duobus.

« Hactenùs accurate Goetgeburius; qui ad annum 1640, in *historicâ narratione Frisiæ*, exprimens quis ille e nostris fuerit, ista loquitur. « P. Hermannum Scheffer anno 1638, dum alii alibi in ejus liberationem incumbunt, effracto de nocte carcere eduxerunt duo viri, conducti ab uno alterove cive. » Consonant litteræ Ludovici a Marca, de die 3^a Martii, quas supra dedi, in quibus hæc habet, « *pro Domino Sarcerio, est per agrum Dockomensem Hermannus Schefferus, Germanus, sed belgicae linguae peritus; is modo vices supplet Domini Willebrordi, Leovardiae, qui jam octavum mensem lecto æger affixus fuit.* » Consonant, inquam, hæ litteræ; quia de quo loquitor Goetgeburius, Germanus fuit, quia evocatus Leovardiam ex vicino agro, quia vices aegrotantis (Vanderheyden) supplevit; ut ultra dubitare nobis non liceat, quin ille fuerit de quo, tacito nomine, loquuntur Annuæ. »

Quis fuerit
ille captivus.

¶ P. Willibrordus Van der Heyden.

« Leovardiae quoque, exeunte hoc anno, migravit e vita Willebrordus Van der Heyden, insignis hujus vineæ annum jam undecimum cultor. In Frisiā profecturus anno hujus sæculi 26°, dum Caleto solveret, a præfecto ejus oppidi quamvis orthodoxo proditus, dum Vlissingæ navim excendit, ab heterodoxo prætore comprehensus, ac quia nullam lytri spem faciebat, in foedissimum carcerem conjectus fuerat. Ejus atrociam, quatuor fere mensium spatio, non perlubente solum, sed læto quoque atque alacri animo, pertulit. Claudebatur quippe loco perangusto atque æstivis caloribus obnoxio, cum aliis triginta, qua male feriatis hominibus ejus loci, qua Dunkercanis captivis, inter gravissimos halitus ac foetores teterrimos, quos tot hominum eluvies, et congestarum tanto tempore sordium copia procrearat. Ipsa certe graveolentia, spiritusque putrescens, et quoddam haud dubie loci contagium, diuturnam ægritudinem optimo Patri peperit, a quâ nec liberari illico potuit, tametsi liber a custodiâ; sed post redditum in Brabantiam ad insequentem usque annum eâ agitatus est.

Recuperatâ demum valetudine, infimis precibus apud Provinciæ præfectum contendere non destitit, ut remitteretur in Frisiā, cui totum vitæ suæ cursum döverat; et verò, gnavum se præstitit hujus soli colonum. »

« Non Leovardiense dumtaxat oppidum, et agrum vicinum, totâ animi corporisque contentione ad omne christianum decus excoluit; sed universam quaqua patet Frisiā; ac præsertim loca ab aliis deserta, salubri multis errore percurrit, mediâ etiam hyeme, modò per asperras nives, modò per densissimum lutum, anhelans. Unde factum, ut continuo undecim annorum labore quem Fisiis impendit, quamplurimos ad sanam Fidem adduxerit, quamplurimorum recuderit mores, integras denique familias multas in alteras commutarit. Sed præcipuam ei laborum segetem præbuit bis, his locis grassata, pestilatis; cum enim alii super alias istius mali contagione sterterentur, a nemine suam desiderari patiebatur operam; in id vigili curâ semper intentus, ne quem sacris mysteriis non munitum supra necessitas occuparet. Et quidem, sex abbinc annis, cum primùm popularis illa lues desæviret in Fisiis, nobilem virum eâ tactum christianis ad mortem præsidiis iustruens, virus pestiferum et ipse hauserat, quod in teturum denique apostema erumpens, per omnem deinceps vitam tantis eum doloribus ac tormentis ussit, ut vix modicam quietis, vel diurnæ, vel nocturnæ, partem caperet. Chirurgis medicisque commissus, dedit egregium christianæ fortitudinis ac patientiæ specimen, cum toto tam diurnæ ægritudinis tempore, tum vel maxime, quando Docomii per dies quindecim quotidianæ ustiones, candente ferro in femur immerso, adhiberentur, vitioso humori pestis pabulo fontique sistendo. Inter hos cruciatus deficiebat interdum animo ac sensu; et tamen haud multò post non parcebatur usitatis laboribus, et libatas supra modum corporis vires, per omnia validi hominis officia, circumferebat. Sub exitum vitæ, invalescente vi morbi lecto affixus, quo poterat modo consulebat animorum compendiis, instituebat rudes, solabatur afflictos, subdebat languentibus pietatis faces, peccata sua enuntiantibus aurem dabat: Majore tamen virtutis quam ætatis peracto curriculo, idibus Decembris, bonæ spei plenus ex hac vitâ migravit, omnibus Sacramentis munitus. Ita Annuæ (1). »

(1) P. Vanderheyden, Leovardiæ, nonnunquam designabatur alio vernaculo nomine Willibrort Geeraertsen; nihilo hoc fuerit nomen alicujus ibidem Hospitis aut amici, ad quem inscribebantur Epistolæ. Et verò, alias hujusmodi *inscriptiones* ad alios reperimus.

« Leovardiæ, simul cum Willibrordo, rem catholicam curasse hoc anno Corne-lium Crites, patet ex litteris Illmi Rovenii, et Ludovici a Marca, quas supra dedi ad Stationem Enchusanam. »

« Heydeno demortuo, quis hoc anno successerit hactenùs non sum assecutus. »

Non est, dum de Leovardiæ agimus, prætermittendum Edictum hoc anno in Sacer-dotes latum, hujus formulam typis impressam nactus sum, in hæc verba :

Placaet der ghedeputeerde Staeten van Frieslandt.

« Allen den ghenen die desen sullen sien of hooren lesen, saluyt.

» Alsoo niet tegenstaende d'expiratie van den Treve, daerdoor dese landen weder gevallen syn in openbaeren oorloghe teghens den Coninck van Spainien, ende syne adherenten, evenwel de schadelycke secte van Jesuïeten en andere Priesters, Monicken, ende geseyde Geestelyke of religieuse personen van de Roomsche religie, heur onderstaen in dese landen te comen, in de steden en te platten lande, omme de goede ingesetenen met haere valsche leeringhen tot afgoderye, ende (tot) eenen afkeer van heure wettiche Overigheit te brenghen, mae-kende hier te lande allerhande verboden conventiculen, tot nadeele van den staet van den lande. Waerteghens, soo, by de Hooghmogende Staeten, als by de particu-liere Provincien, diverse Placaeten syn gemaect geweest, die wy geensints derogeeren by dese; maer om de voorschrevene boose en schadelycke menschen te beter af te weerden, genoodsaect worden daer en boven teghen de selve noch naeder te voor-sien : soo ist, dat wy verboden ende geinterdiceert hebben, verbieden ende inter-diceeren by desen, dat geene Jesuiten, ofte in eenighe graden ofte deele van hun order wesende, noch Priesters, Papen, Monicken of andere geordeneerde personen van de voorschreven Roomsche gesinde, in dese onse provincie sullen moghen comen ofte verblyven, 't sy oft de zelve ingeboornen syn, ofte niet; ofte ook haere naemen aan den officier van de plaatse, voor dezen ofte naermaels, aengegeven souden moghen hebben; ende hebben geordeneert, ende ordeneeren by dezen, dat alle voorschreven Jesuiten, ofte die in eenighe graden ofte deele van haere order syn, tegenwoordigh in onse provincie wesende, binnen ses daghen van de publi-catie van desen, daer uyt sullen moeten vertrecken; op pene dat alle die ghene die, naer de voorschreven ses daghen, in de voornoemde landen gevonden sullen worden, ofte, naer date deses, van buyten daerinne zullen komen; gehouden werden voor goeden prise, ende randtsonable als vyanden van den lande, ende (dat zy) als sulke, by elck een aengetast ende aengehouden sullen moghen worden, ende gelevert aan den officier van de plaatse, om, met syn kennisse, voor weten ende goedtvinden van de magistraet, voor de eerste reyse, gerantsoneert te worden soo hogh men sal kunnen; ende in allen gevalle, niet lagher als op hondert ponden grooten Vlaems, voor elck persoon; waer van den ghenen die den selven, in voeghen als voren, sullen hebben aengehouden, ofte oock andersints aan den officier ontdeckt, sulkx dat die in handen sullen syn gekomen, genieten sullen die dry vierde paerten, ende den officier een vierde paert; ende voor de tweede reyse, dat de selve openbaerlyk gegeeselt ende gebannen sullen worden, ende gemulcteert, naer gelegenheydt van saecken, ten profyten als voren; ende voor de derde reyse weder gekreghen wesende, swaerder aan den lyve gestraft zullen worden, als perturbateurs van de gemeyne ruste, met confiscatie van alle hunne goederen, naer exigentie van saecken. Verklaeren mede, dat alle contraventien teghen dese onse Ordonnantie geschiet, ende die naermaels ontdeckt zullen worden, niet tegenstaende eenighen laps van tydt, gestraft sullen worden in allen schyne

Edictum
Leovardiense.

(als) of die op versche daedt waeren geschiet ende achterhaelt; ende die niet machtigh sullen wezen de voorschrevene boeten ofte mulcten te betaelen, daer over aen den lyve sullen worden gestraft. Ende, ten eynde het inhoudt van dezen alomme magh worden onderhouden, ende niemant daer van eenighe onwetendheit soude mogen voorwenden, verzoeken (wy) hier mede alle hooghe en laghe officiers wel vlytelyck, ende ordonneeren niettemin de selve oock wel expresselyck, voor soo veel het selve noodigh is, om desen terstont alomme te doen publiceeren, verkondigen ende affigeeren daer het zelve gebruyckelyck is; ende teghens de overtreders van dien te procederen, ende te doen procedeeren sonder eenighe conniventie, gunste, faveur, dissimulatie, ofte verdragh, soo, ende als de selve, naer uytwysen van dien, bevinden sullen te behooren, sonder daer van eenighsins te willen blyven in gebreke.

Gegeven binnen Leeuwaerden op 't Collegie, onder 't zegel van de Heeren Staeten van Vrieslandt, ende de hand van den Sekretaris der selve, desen 3^{en} November, 1638 (1).

A. Van Loo Vt.

Ter ordonnantie der Heeren gedeputeerde Staeten voorschreven.

J. Beyma.

« Huic Edicto inferne adscriptis quispiam e Nostris sequentia verba vernacule : is gepubliceert tot Leeuwaerden den 1^o December, a^o 1639. »

Docomii
Statio erecta.

« Docomii, Bolswerdiæ, Franekeræ, nequaquam desiderata suæ messis ubertas. » Ita perpaucis Annuæ; quæ nihil omnino tradunt de Amelandiâ ac Stauriâ (Staveren) locisque huic conterminis. Docomii firmam hoc anno stationem fixit Antonius De Moor, ut quidem habet *historica narratio missionis Frisicæ* a Guilielmo Goetgeburio ad annum 1640 confecta, quam etiam ad eum annum integre describam. Cornelium Sarcerium ex agro Doccomensi revocatum fuisse hoc anno 1638 in provinciam, convincunt litteræ Ludovici a Marca supra citatæ, atque illi substitutum fuisse Hermannum Schefferum, de quo ad stationem Leovardiensem locutus sum. Sarcerius porrò anno proximo, hoc est 1639, in Missione navali diem obiit 16^a Septembbris. »

« Bolswerdiæ, et in quinque vicinis pagis, strenuam etiam hoc anno operam navavit P. Joannes Steenwyck. »

« Franekeræ, et in Franekerana præturâ perstitit quoque hoc anno Adrianus van Mael. »

« Leowardiensem præturam, ac Barradeliam, curavit Joannes Kegelaer, qui et idem per intervalla Amelandiam excoluit. »

« Staveram, Hindelopam, Slotam, tria oppida, cum novemdecim pagis in duobus præturis Hemelomer-oudefaert et Casterlandiâ, idem quoque qui superioribus annis, curavit Gislenus Watteau. »

Harlingæ,

« Restat Harlinga, cui excolandæ operam dedit Aegidius van Huffele, cuius viri indefessam proximi curandi zelum produnt Annuæ, singulari specimine, quod ab illo datum, non quidem Harlingæ, sed in Vlietlandiâ, insulâ quæ Harlingæ objacet, in hæc verba : Aestimandæ divinæ bonitati, solidandæque nostræ in eam fiduciæ,

(1) Summatim, in isto *Placeto DD. Statuum Frisiæ*, dicitur : Venisse isthuc quosdam de sectâ Jesuitarum aliosque Sacerdotes, Monachos, aut sic dictos Religiosos, qui falsis suis doctrinis et idololatriâ bonos cives abducent, ab auctoritate legitimâ.... Interdicendam illis regionem, etiamsi fuerint hoc loco nati.... discedendum illis esse intra sex dies.... Sin aliter, primâ vice in carcerem deducendos.... aut ab iis exigendam mulctam, quantum fieri poterit maximam, nec inferiorem 100 libris cambialibus (700 fl.) Secundâ vice, flagellandos publice, et dein in exilium amandatos, insuper mulctatos ut suprà. Tertiâ vice, gravius puniendos, et acerbius in corpore torquendos.

haud mediocriter prodesse potest miserrimi hominis felicissimus exitus. Civis hic erat Harlemensis, e primoribus istib[us] orthodoxorum, qui re familiari variis jacturis non imminutā modo, sed omnino etiam infractā, in Vlietlandiam, oræ Frisicæ insulam, venerat; inde vela facturus, quo suus eum animi, potius quam pelagi æstus abriperet. Hic dum aliquam navigandi tempestatem operitur, ac perpetuo gemitu querelisque dies aliquot traducit ac noctes, marinos inter aggeres temere plerumque palabundas, sine comite, animi tandem mœrore victus, atque ærumnis suis et vitæ finem facturus, cultrum ita alte sua dimisit in viscera, ut nec videri nec extrahi posset. Cæterū, exstabant apud Harlemenses hujus viri, usque in eam diem probi ac religiosi, non infima in rem Catholicam merita, quæ apud Deum, benignum, misericordem et præstablem super malitiā, non erant in oblivione. Quare, vix miser sibi luculentam illam plagam inflixerat, cum suī ad interitum jam ruentis misereri cœpit; ac ne totus et animo simul et corpore funditus interiret, ad proximum pagum conabatur, quā ambulando, quā prorependo pertingere, ut spirituale medicum perquireret; sed subito vires ei defecerunt, et prope etiam spiritus. Unde totum pene diem, miserandum in modum provolutus humi jacuit, loco quippe ab hominum usu satis remoto. Sub vesperam, incidit in eum suo jam sanguini innatantem nescio quis, qui hominis calamitate motus, eum detulit in pagum. Vix fuit eò loci Catholicum invenire, nedum Sacerdotem. Inventus tandem quidam animo catholicus, qui hæretici nomen et facta usurpabat. Is, ægri rogatu, ad Harlinganum civem probe orthodoxum litteras dedit, ut si illic esset Sacerdos mox in Vlietlandiam advolaret, homini jam deposito ultimam vitæ clausulam e christianā disciplinā et catholico ritu adornaturus. Factum, divino ut appareat nutu, eā die Sacerdos noster (Ægidius van Hufsele) domi ut esset; itinere, quod in vicinum agrum primā luce instituendum ei fuerat, errore quodam agrestium, in aliam diem dilato. Igitur, rei certior factus, expedito confessim navigio in Vlietlandiam trajecit. Et quidem inanis fuisse etiamnum hujusmodi labor, nisi Deus, singulari rursum studio providentiāque, viam ad ægrum illi aperuisset. Cum enim in meritoriā decumberet tabernā, et heterodoxis qui ejus videndi causā confluxerant undique cingeretur, interclusi erant Patri nostro omnes ad illum aditus, nec eo rerum articulo usitatis Ecclesiæ præsidiis juvari poterat. Sed commodum accidit ut bini mercatores Catholici, perfamiliariter olim ægroto usi, e navibus in vicino freto ventum operientibus in insulam exscenderent; quos cum religionis ac pietatis consensus Patri haud difficile adjunxit, unā proruperunt in ægri cubiculum, indeque heterodoxorum turbā facessere jussā, nullo vel metu vel periculo curandis persanandisque ejus animi vulneribus opera dari potuit. Quare aggressus hominem Pater, quem, præter opinionem, sui adhuc compotem invenerat, ad redditum in gratiam cum Deo offenso, opportunis cohortationibus et suā quoque sponte currentem incitavit. Spe bona completum, exceptit confitentem ac sacris divinæ mensæ, christianæque armaturæ præsidiis ad ineundam æternitatis viam muniit. Et vero, vix modico post Patris abitum intervallo egit animam; ut adeò, nonnisi ad usurpandam cœlestem hanc medicinam, tam diu prorogata divinitus ei vita videatur. Ita Annuaæ. »

Stationes in ditione Groninganā.

« In Chronologiâ sacrâ urbis ac ditionis Groninganæ, confectâ a variis Societatis Operariis qui tum in urbe, tum in agro egerunt, paucula hæc reperio : egisse nimirūm in urbe Groninganâ Lævinum de Clercq, sed adversâ valetudine ad tempus aliquod præpeditum, imparem fuisse laboribus. Itaque magnâ æstatis parte solūm Joannem Veldium ægris adstitisse, ac spatio duorum mensium adiisse

90 domos, in quibus ægri quamplures decumbebant, eosque invisisse sæpius. Juncta ab eo 36 paria; tinctos infantes 70; conversos ad Fidem 40. »

« Eadem refert, Fredericum Fekenium et Thadæum Weringa hoc anno excolendis Ommelandicis operam suam collocasse; et hunc quidem insequentium se insidias semel feliciter evasisse. »

« De hisce Stationibus nihil tradunt Annuae; sed plura nos dabimus ad annum 1640, ex P. Joannis Veldii manuscriptis, ad quæ lectorem remittimus. »

« Habes, lector, quæcumque ad Stationes spectantia hoc anno reperire potui; quæcumque etiam ad ipsos Missionarios de quibus constat quas Stationes excoluerint; de aliis, quos supra exhibet Catalogus, et de quibus incertum mihi est, an ullis in locis *stabibiliter resederint*, supervacaneum est loqui donec certiora constent. »

Generalia
ad Missionem
spectantia.

« Tempus est ut ad nonnulla, de quibus ad hujus anni initium locutus sum, calatum admoveam. Spectant hæc ad Indulgentias Communionis Generalis, et ad Constitutionem Illustrissimi Dni Vicarii, hoc anno emanatam. »

« De Indulgentiis, has litteras reperio Ludovici a Marca ad Rovenium :

» Illustrissime ad Reverendissime Domine. »

Bullam de
Communio-
ne generali,

« Jam triennium est et eo amplius, cum Suæ Sanctitati placuit Indulgentias Communionis Generalis, quæ plurimis retro annis Romæ summo concursu fructuque perceptæ fuerant, toto orbi communicare ad annos quindecim. Bullæ Apostolicæ copiam authenticam, quam unicam habeo, hisce addidi, ut Illmæ V^o Gratiae de rei veritate constare possit. Non dubito quin Illmæ Dominationi V^o gratissimum futurum sit, ut etiam harum provinciarum Fideles hujus apostolicæ gratiæ participes redendantur, (ubi id locorum circumstantiæ tulerint) quos convenit eò propensiùs spiritualibus solatiis sublevari, quo magis ab acatholicis opprimuntur. »

« Hisce Deum rogo, ut annum hunc 38^{am} et plurimos deinceps, Illmæ V^o G^o fluere quam felicissimos jubeat. Illustrissimæ V^o Gratiae.

« Ultrajecti 17 Januarii, 1638.

Servus humillimus

Ludovicus Caroli. »

Istis litteris sequentes reposuit Illmus Rovenius.

Adm. Rev. Pater,

desiderat
Rovenius non
publicari;

« De Indulgentiis plenariis a S. D. N. Urbano VIII, ante triennium concessis ad augendam Fidelium devotionem, visitantibus aliquam Ecclesiam Societatis Jesu, vel aliam quamcumque sæcularem Ecclesiam, unâ ex Dominicis cuiuslibet mensis, quâ communio Generalis sollicitudine Clericorum Regularium dictæ Societatis, et quoad Ecclesias sæculares de licentiâ Ordinarium locorum, agetur. Jam fere a biennio existere in Brabantia aliquid intellexi; et simul earum occasione difficultates alias exortas, tum ab Regularibus aliis, tum a clero sæculari. Dolerem similes hic difficultates exsurgere inter nos, qui satis aliunde premimur ab iis qui rerum hic potiuntur. Optarem itaque potius ab illarum publicatione cessari. Nihilominus, nolim impedire quo minus Fideles hac gratiâ fruantur. »

« Quâ in parte sufficere putarem, ut privatim præcipui moneantur sese ad illas lucrandas tempore opportuno componere, præsertim tempore instantis Quadragesimæ. Vereor autem quod Franciscani ac Dominicanî se præteriri ægre ferent. Quoad nostros (Sacerdotes sæculares) non video speciale fore difficultatem, modo caute agamus, ne irritentur qui querunt (irritationis) occasiones. »

« Monitus sum a quibusdam, suspectam esse ordinibus Congregationem quorundam virorum, Sodalitatis B. Virginis specie; et specialiter hic notari P. Blommartium, quod is viros seorsim convenire faciat. Dignabitur R^a V^a nonnihil fervorem illius moderari, ne quod, vobis aut nobis, tali occasione periculum generetur, »

et supprimi
Sodalitates
B. Virginis.

« Jamdudum in urbe (Romæ) actum fuit, et quasi concessum, ut pariformes Indulgentiæ, et communes Clero sacerdotali et Regularibus hisce locis darentur; nescio autem quid impedit plenam resolutionem. Oro demum ut in omnibus quæ pacis sunt et ædificationis sectemur, et Rev^r V^r precor felicem hunc annum pluresque alios; commendans me simul piis vestris precibus et Sacrificiis. Ex loco nostro, die 20^a Januarii, 1688. »

« Cavendum etiam erit ne prætextu Sodalitatum, vel Indulgentiarum constraintantur Fideles ad particulares Confessarios, vel ad Sacraenta a certo Ordine dumtaxat percipienda, prout cautum est in resolutionibus Sedis Apostolicæ §. 17. »

Adm. R^a Paternitatis V^a.

Addictissimus in Dno Conservus

Phil. Archiep. Philippen. Vic. Aplicus »

« Sequitur Illmi Vicarii CONSTITUTIO.. (per unitas Belgii Provincias, *facta die 12 Decembris, an. 1638... pro clero tam Sacerdotali, quam Regulari*) cuius exemplar præ manibus est, excusum Antverpiæ, typis H. Aertsens... » inquit, P. Norbertus Aerts, qui sic annum 1638, concludit in suo *Actorum* volumine IV. (1).

Illa autem Illi. Vicarii CONSTITUTIO, quæ sex paginas occuparet, in hoc Historico specimine non addenda videtur, tum quod alibi facile reperienda sit, tum quod non solam Societatem Jesu spectet, sed Clerum universum, et Regulares omnes.



Hæc sunt, lectores humanissimi, quædam ex omnium *domuum* et *Stationum* litteris excerpta, minutiora certe quam ceteris annis convenient parari; sed plura ad hunc annum contuli, quia *speciminis causâ* eduntur.

Nunc, ut constet quæ variis forte lectoribus displiceant placeantve, rogo ut sententiam feratis.

Si pretiosiora deinceps reperiantur ad hunc annum spectantia, ea collocari poterunt a me, aut a successoribus meis in Opere integro, ubi iterum annus 1638 erit prelo committendus. Operis autem executio aut continuatio, pro maximâ parte pendebit a studio, quo *Specimen* hoc præsens fuerit ab eruditis lectoribus exceptum.

(1) Aliquos juvabit forsitan cognoscere Missionis Hollandiae scriptorem illum, Norbertum Aerts, supra laudatum.

Is, Antverpiæ natus a mercatore, 23 Julii 1639, Societati adscriptus 24 Septembris, anni 1657, Coadjutoris spiritualis vota emisit 15 Augusti 1673, et in Missione Hollandica plerumque versatus est; donec stationem nactus, non procul Delphis, in Schipluy, hanc impigne administravit optimo omnibus exemplo, et, inter multa adversa laboresque apostolicos, invictâ constantiâ. Jam tum, quod a gravioribus curis liberum habebat tempus impendebat scriptio... Deinde, cum totius Missionis statum plane perspectum haberet, ejusdem initia progressusque, ad tempora usque Illmi Sebasteni... in ordinem redegit, et propriâ manu conscripsit tomos decem, quantumvis arthriticis doloribus affligeretur adeò, ut octennio toto non nisi fulcris innixus incederet, quæ facultas sic incedendi ipsum per triennium destituit; miræ patientiæ exemplo, sustinuit in ægro corpore præsentiam animi, donec deficiens, subito in agoniam incidit, et extremâ unctione munitus vivere desit die 16 Sept. 1707, Amstelodami, ubi ultimos vitæ annos exigit. Ita ferunt istius anni Litteræ annuae.

Unum, antequam deponam calamum, videtur addendum : Indaganti, postquam de singulis domibus egeram, utrum forte superesset aliquid quod ad universam Provinciam spectaret; nihil occurrit, nisi *Edictum Amortizationis* editum fuisse die 23 Novembris, 1638, et illud legenti prostat in *Placitis regiis hujus anni* (ut in *Placarts du Brabant*, tomo 3^o, capite IX.) Jubeatur nimirūm, ut omnes Ecclesiæ, Monasteria, Conventus, Collegia, Hospitia, Confraternitates, aliæque Personæ manu mortuâ utentes, declararent intra 40 dies, quænam acquisivissent bona immobilia, ab annis retro triginta; idque præstandum, sub expurgatione juramenti, et sub poenâ confiscationis.... Quandoquidem verò, Edictum illud non nisi *indirecte*, et causa, cur hoc anno prodierit, *nullatenus* ad Societatem spectet; quum etiam Edicti illius executio consummanda erat anno sequenti : illud negotium in hoc opusculo judicavi non attingendum. Cæterūm, evolvendum fuisset longiuscule quale fuerit jus civile *speciale* a Principibus concessum Societati, et proin quibus illa legibus ex *jure communi* subdita maneret. Hæc autem omnia patebunt successive, latius lucidiusque, ex Historiâ præcedentium et subsequentium annorum.

FINIS.

APPENDICES.

APPENDICES

VARIÆ.

AD COMPLEMENTUM ET ILLUSTRATIONEM OPERIS.

APPENDIX PRIMA. (Pag. I.)

Ex veteri MS.

Numeravit hoc anno Provincia Flandro-Belgica Socios 880; ex iis Sacerdotes 331. Scholasticos 264, rerum temporalium adjutores 285, divisos in 20 domos et collegia, et *tres* Missiones.

	Sacerdotes.	Scholasticos	FF. Coadjut.
Domus Professa Antverpiana habuit	33	4	33
Collegium Antverpiense	8	21	14
Seminarium Convictorum	4	0	6
Aldenardense Collegium	7	4	6
Alostanum	6	6	7
Belliolanum	7	4	6
Bergense	13	6	11
Brugense	16	6	15
Bruxellense	28	7	30
Casletanum	10	3	6
Cortracense	15	21	12
Dunkercanum	13	3	8
Gandense	20	7	18
Hallense	5	3	6
Iprense	14	6	14
Domus 3 ^a probationis Lirana	18	0	8
Lovaniense Collegium	23	90	33
Mechliniensis Domus probationis	14	66	38
Ruræmundense Collegium	7	4	8
Trajectense.	6	3	6
Missio Hollandica	(1) 64		

Patres qui pertinent ad Missionem Navalem, numerati sunt in Collegio Dunkercano; qui ad Castrensem Missionem in Collegio Bruxellensi; nam iis Collegiis missiones illæ annexæ sunt.

Admissi sunt in Societatem nostram studiosi 15, rerum temporalium adjutores 10.

Ex hac vitâ emigrarant 22.

Dismissi sunt. 6. — In alias Provincias missi 4.

Aliunde advenerant, 6.

(1) Ita Scriptum inveni; sed supra pag. 83, nominantur 74.

APPENDIX II. (Pag. 5.)

Proclamaciones hujus victoriae fuerunt ad omnes Provincias missae. Hanc, quam inveni,
ad Artesios destinatam transcripsi.

Archives de l'Etat. — Conseil privé, liasse 771; Dossier de Robiano. Copie.

Proclamatio.

« Ferdinand, par la grâce de Dieu, Infant d'Espagne, Lieutenant Gouverneur et Capitaine général des Pays-bas et de Bourgogne.

Mon Cousin, Chers et bien amez,

« Comme il a plu à Dieu de nous donner victoire contre les rebelles du Roy Monseigneur, lesquels s'estans desbarquez à Calloo et Verrebroeck avecque grandes forces, ont esté contraints de s'en retirer, y estans tous demeurez morts, noyés ou prisonniers, à la réserve de fort petit nombre, qui s'en est sauvé avec perte de toute leur artillerie, bateaux et munitions. Nous vous en avons bien voulu advertir par ceste, vous enchargeant d'en faire faire les salves et démonstrations d'allégresse en tel cas accoustumées, au mesme jour que s'en rendront à sa divine Majesté, en l'église, les actions de grâce que nous avons ordonnées. »

A tant, mon cousin, chers et bien amez, notre Seigneur vous ait en sa sainte grâce.
D'Anvers, le 23^e de Juin 1638.

Ainsi signé : H. CARD. INFANT, et plus bas : VERREYKEN.

« La superscription estoit : A mon Cousin le Comte d'Isembourg, Chev^r de l'ordre de la Toison d'or, Gouverneur, etc. et à nos chers et bien amez les Gens du Conseil Provincial du Roy, en Artois. »

« Concorde » BUISINE.

Réponse du Conseil d'Artois, au Conseil privé.

30 Juin 1638.

Le XXVIII^e de ce mois sur l'après-midi, nous ont esté délivrées, par un messager d'escurie, lettres de son Alteze Royale, dattées du XXIII^e du courant, contenant aventure de la victoire obtenue contre les rebelles du Roy; et comme elle nous encharge d'en faire faire les salves et démonstrations d'allégresse en tel cas accoustumés, *au mesme jour*, que s'en rendront à sa divine Majesté, en l'église, les actions de grâce qu'elle ordonne, *sans néanmoins en désigner le jour*, et que le dit messager nous a déclaré, qu'il n'avoit lettres pour les Vicaires-généraux du siège épiscopal d'Arras, ny pour le chapitre de l'église cathédrale de Notre-Dame d'Arras, en la cité du dit Arras : — Avons trouvé convenir d'envoyer à Vos Seigneuries copie des dites lettres, afin qu'elles soient servies de prendre considération, que ne pouvons effectuer, ce qui nous y est ordonné, si le dit jour n'est préfixé et arresté, pour faire faire les dictes prières et réjouissances par tout le pays en mesme temps; et qu'en puissions faire dépêcher les lettres en tel cas ordinaires, tant, en droit, les Prélats, que les Magistrats et autres nos

inférieurs : représentant à Vos Seigneuries que, pour la conservation des droits et hauteurs de Sa Majesté, et (afin) que les dictes prières et allégresses se fassent par toute ceste province, notamment au comté de S^t Pol, et és lieux qui sont des diocéses des évesques de Boulogne, Amiens et Noyon, en ce dit pays; il conviendrait que l'ordonnance faict par S. M^{re} en forme du concordat, *dont copye va cy jointe* soit observée, signamment au cas présent qui s'y trouve exprimé; et que les lettres nous soyent despêchées en la forme ancienne, et dont le *formulaire* est aussi cy joint (1). Aultrement les dites prières ne se feront au dit Comté de S^t Pol, ny en divers endroicts des Bailliages de Hesdin, Baspalmes, et autres lieux qui sont des susdits éveschés de France. Chose de grande conséquence, et qui apporte notable préjudice à la souveraineté de S. Maj^{re}, selon que serait arrivé (déjà) pour les obsesques et funérailles de feu Sa Maj^{re} et des Sérénissimes Archiduqcs, qui n'auraient été célébrées ès susdits lieux.

Et sur ce prions le Créateur, très honnoréz Seigneurs, qu'il octroie à V. S^{ies} ses saintes graces, nous recommandant bien et affectueusement aux vôtres.

Ecrit en la Chambre du Conseil prov^l d'Artois, le dernier jour de Juing, 1638.

Signé : Les gens du dit Conseil, prests à vous servir.

GUISMIN.

Dépêche du Conseil privé, du 7 Juillet. 1638

(Copie d'après la minute.)

A ceulx du Conseil d'Artois.

Pour respondre à vos lettres du dernier du mois passé, nous vous disons, qu'il sera bien qu'au plus tôt vous envoyiez à ceux du Vicariat d'Arras copie des lettres, que S. A. S. vous a escript, touchant la victoire de Calloo, si, avant que sa dicte Altzà ne leur en ait aussi envoyé; et en tout cas entendrez d'eux quel jour ils prendront, pour faire la procession et autres prières et actes de piété, servant à remercier Dieu de ce bon succès, qu'il luy a pleu donner aux armes du Roy notre Sire, pour *au mesme jour* faire les tesmoignages d'allégresse publiques, ordinaires et convenables. Et quant à l'Evesché de S^t Omer, et ceulx de S^t Pol, à raison de l'estat présent auquel sont ces lieux, vous aviserez les moyens les plus propres, afin de faire que ces démonstrations soient les plus générales, et en plus de lieux, que faire se pourra. Quant au surplus, on donnera ordre que rien ne se fasse, n'y s'omette, en telles occasions, qui tende à la diminution, des droits de Sa Majesté, dont vous feriez bien, les cas se présentants, nous advertir. Et sur ce etc.

Du 7 Juillet, 1638.

(1) La copie est une ordonnance de Don Requesens, de 1574. Le *formulaire* date de 1595. Je ne les reproduis pas ici. Ils devront être placés à leurs années respectives.

APPENDIX III. (Pag. 6.)

Arch. de l'Etat, Prov. Fland.-Belg. Carton 518-537. Liasse n° 12.

Functiones

Domus Professæ Antwerp. Decembri 1638 (1).

In templo ordinarii sunt confessarii 16; in odæo 10.
Diebus Jovis communicant, ad 800;
Dominicis et festis ordinariis ad 1500;
In festis D. Virginis, 3000;
In Communione Generali, ad 6000. (2).

Concionantur nostri PP.

In Templo Cathedrali B. Virginis, per Adventum, Quadragesimam et duas Octavas.
In templo nostro, per Adventum, Quadragesimam, duas Octavas, et omnibus Dominicis
et Festis. Præterea, per medium annum, vesperi, habetur Lectio
Ecclesiastica omnibus Dominicis et Festis.
In Quadragesimâ ter quot hebdomadas datur Meditatio.
In templo S. Jacobi, festis solemnioribus.
In S. Andreæ Dominicis et festis, et per Quadragesimam ter quot septimanis.
Præterea, quot Dominicis et festis concionantur nostri in Monasteriis tribus, et sæpe
alibi extraordinarie.
Catechisant P. P. sex locis.

Sodalitates sunt sex : Latina honorattorum. Inscripti sunt 80, frequentant 30 aut 36.

Civium.	»	700,	»	400.
Juvenum.	»	340,	»	280.
Juniorum.	»	330,	»	240.
Gallicæ.	»	430,	«	300.
Parvulorum	»	294,	»	230.

Tres Externi obiverunt apud nos Exercitia spiritualia.

N. B. Ce qu'on a pu faire hors de la ville, n'est pas indiqué ici.

Fasciculo unde hæc desumpta sunt inscriptum est : Staet en Rekeninghe van 't huys der
Professen S. J. van 17 nov. 1637, tot ultimo Decembris. anº 1638.

(1) Alios hujusmodi Catalogos non inveni, nisi pro annis 1645, 1650, 1653, 54, 55, 56, 57, 58, et 1663.

(2) Ergo totius anni decursu plus quam 200 millia communionum fuere, id quod explicite in litteris Domus Professæ confirmatur.

APPENDIX IV. (Pag. 9.)

Copia, duorum foliorum prout jacent, exscripta e chartis Brugensibus.

Functiones

BRUGIS ORDINARIE A NOSTRIS OBEUNDÆ. (INCERTO ANNO).

Dominicis et festis omnibus.

- Concio in S. Donatiano, cum Quadragesimâ (ter in Septimanâ.)
» in B. Virginis, cum Quadragesimâ et Octavis.
» in S. Jacobo, cum Octavis.
» in S. Walburge.

Dominicis diebus, et quædam etiam festis.

- | | |
|-------------------------|--------------------------|
| » in B. V. de Potterie. | Sodalitas major virorum. |
| » in Spermaille. | » juvenum majorum. |
| » apud Benedictinas. | » juvenum minorum. |
| » in Sarepta. | » puerorum. |
| | » studiosorum latina. |
| | » Angelorum. |

Catechismus in Sacello pictorum ad pueros.

- » in Sacello S^u Eligii?
» in S. Christophoro, ad puellas.
» in de Martelaers Capelle, ad puellas.
» ad pauperes puellas, in Scholâ Bogardicâ.

Die lunæ, mane.

- » in S. Walburgis, ad puellas.
» in Sacello pictorum.

Die Martis, mane.

- » in S. Christophoro, ad puellas.
» ad Bogardicos, post meridiem.

Die Mercurii, mane.

- » in S. Aegidio, ad puellas.

Die Iovis a meridie.

- » in eodem S. Aegidio, ad puellas.
» in S. Christophoro, ad pueros.
» in Sacello pictorum.

Missionarius ad Milites.
Præfectus Catechismorum.
Præfectus Carceris.
Præfectus Casuum.
Visitator et exhortator in Xenodochio.
Director musices.

Et hæc omnia, præter ordinaria ministeria quæ domi fiunt, sive in templo per Confessiones, conciones etc. sive aliter. Item, præter extraordinaria quæ non raro occurunt, tum foris, cum domi, ut sunt conciones, ægrorum visitationes, confessiones, excusiones, et his similia.

CATALOGUS FUNCTIONUM (BRUGIS) ANNO 1638.

Confessarii in templo ordinarie	10
> in odæo, diebus solemnioribus . . .	1 aut 2
Communicant diebus jovis	200
> Dominicis et Festis ordinariis . . .	500
> Festis celebrioribus	1300
Concio habetur Dominicis et festis, in S. Donatiani, hora 4 ^a .	
> > > in D. Virginis, hora 8 ^a .	
> > > ibidem hora 3 ^a .	
> > > in S. Walburgis, hora 8 ^a .	
> > > in S. Jacobi, hora 8 ^a .	
> > > in Spermaille, hora 3 ^a .	

Item Dominicis et festis, etiam B. V. et nostrorum SS. in Templo nostro.

Adventus in S. Walburgis.

Quadragesima in S. Donatiani et D. Virginis, (ter in Septimanâ).

Octavæ Venerabilis Sacramenti et D. Virginis.

Meditationes quadragesimæ in templo nostro (ter in septimanâ).

In sacello S^{ti} Cruoris, omnibus primis feriis sextis, mensis, et per quadragesimam, feriâ sextâ, singulis septimanis.

Catechismus Dominicis diebus, locis 4.
 > per hebdomadam, locis 7.

Rhetorica numerat discipulos	24
Poësis	> 26
Syntaxis	> 64
Grammatica	> 35
Figuræ	> 101


Sodalitas conjugatorum numerat 300; frequentant ordinarie 100

> juvenum.	180	>	90
> juniorum	160	>	160
> parvulorum.		>	200

Exercitia obierunt Externi unus vel alter.

APPENDIX V. (Pag. 9.)

Messager des Sciences historiques... Novembre, 1864, page 385.



Fr. Pierre Huyssens.

On lit, à l'endroit cité ci-haut, une *Note* intéressante de l'honorable M. Auguste Van Lokeren, ancien Echevin de la ville de Gand, ancien membre du bureau des hospices, etc., qui en ce moment travaille à la publication des Chartes de l'abbaye de S^e Pierre, du Mont Blandin, à Gand.

» Nous avons rencontré dans un des nombreux manuscrits de cette abbaye, la mention d'un contrat, arrêté le 14 Décembre 1644, pour la construction de la tour de cette nouvelle Eglise, avec Maître Liévin Van der Gracht, pensionnaire de l'abbaye « ten pensioene van desen cloostere. »

« Dans la pensée que ce maître pouvait être l'architecte de l'église elle-même nous avons fait bien des recherches, restées infructueuses jusqu'ici, pour retrouver cette convention qui aurait pu jeter quelque jour sur cette question; quand il y a quelques jours, en feuilletant des comptes généraux, de cette abbaye, nous avons eu la chance de jeter les yeux sur un article d'un compte de 1627, qui lève le voile mystérieux qui a couvert pendant au-delà de deux siècles le nom de l'illustre artiste, qui a conçu ce noble monument dans les proportions les plus sveltes de l'art grec. »

« Hâtons-nous de le dire, à la page 138 du susdit compte, on lit « Item, betaelt aan M^r Pieter Huyssens, ingénieur van het maecken van de nieuwe Kercke, over reisgelt ter cause van dien, met voyagiën by hem ghedaan in de affairen van den voor-schreven kercke, blykende by seven quintiën, de somme van 47 ponden, 6 schel-lingen, 5 grooten. »

« Enfin on sait que Pierre Huyssens est l'*architecte-ingénieur* de ce temple. On peut donc rendre hommage à son éminent talent dans une de ses plus belles œuvres. »

Pierre Huyssens ou Huussens est né à Bruges, en 1577; il y mourut le 6 Juin 1637. Son père était maître-maçon en cette ville (*meester-metser van de stadt Brugge*). Il entra dans l'ordre des Jésuites; il n'y fut jamais que frère coadjuteur.

J'ignorais moi-même que Pierre Huyssens eût travaillé à l'Eglise de l'Abbaye S. Pierre, mais peu de temps auparavant tout le monde ignorait le nom même de cet humble ouvrier. Un jour que feu M^r Pierre Goetgebuer, amateur des arts très regretté, m'avait rendu service, je lui fis connaître l'existence d'Huyssens, et ceux de ses travaux qui m'étaient connus alors. M^r Goetgebuer les communiqua à Monsieur A. Van Lokeren, auquel je m'empresserai de faire part de ce que j'espère découvrir encore. *Note de l'auteur.*

APPENDIX VI. (Pag. 10.)

Catalogus pagorum qui excoluntur a Patribus Missionariis Collegii Winocibergensis.

Arenscappel, distat milliari.	1	Looberghe	2 1/2
Arenscappel Cappelle.	1 1/4	Oostcappel	3
Bambeecke	2 1/2	Pitcham.	2
Bierne	3/4	Quaetypre	3/4
Bissezeele	1 1/2	Recxwoede, est hic Novena. .	2
Broeckerke.	2	Socx, Novena	3/4
Cleyn Sinte (Novena).	2	Spykere	1 1/2
Crocht	1	Steen.	1
Ekelsbeke, Novena	2	Teteghem	1
Ghavelde.	2 1/2	Uxem.	1 1/2
Groot Sinte.	2 1/4	Warhem.	1
Herzeele.	2 1/2	Westcappel.	1 1/2
Hondeschote.	2 1/4	Wildere	1 1/2
Houdtkercke.	3	Wormhout	2
Kilhem	2	Zuytcoote	2 1/2
Ledringhem.	2 1/2	Adinkerke, ubi Novena	
Moere.	2	Coudekercke	1/2
Lefferenhoeck	2 1/4		

NOVENÆ.

Cleynsinte, in festo Inventionis S. Crucis, sed quia eodem prorsus tempore incidit alia in Oyenkercke, diversis vicibus priorem excoluerunt PP. Dunkercani.

Ekelsbeke, Dominicâ post Assumptionem D. V. in honorem S. Folquini, cuius sunt ibidem Reliquiæ.

Recxspoede, Dominicâ ante festum S. Mariæ Magdalænæ in honorem S. Vincentii, cuius ibi reliquiæ.

Socx, Dominicâ ultima Septembris, in honorem S. Leodegarii, cuius ibi reliquiæ.

IN CIVITATE BERGENSI.

In Sacello D. V. de Rore, in festo Assumptionis B. V.

In templo S. J. in festo Præsentationis B. V.

IN TERRITORIO FURNENSI.

Lampernisse, Dominicâ ante Ascensionem in honorem Virginis Dolorosæ.

Oerem, Dominicâ ante festum S. Joannes-Baptistæ, in honorem S. Apolloniæ, cuius ibi reliquiæ.

Steenkercke, Dom. ante festum S. Laurentii, in hon. ejusd, Sancti cuius ibid. reliquiæ.

Beveren, in festo Nativitatis B. V. ob imaginem miraculosam ejusdem B. V'rginis.

N. B. Nescio ad quos annos hic Catalogus referatur. — Istorum autem pagorum plures jam visitabantur a PP. Irensibus, antequam Winocibergis Collegium exstaret.

APPENDIX VII. (Pag. 15.)

Ex Archive regio. l. c.

Functionum

CATALOGUS (BRUXELLENSIS) AN. 1638.

(Sat leviter scriptus, et obscurus, ut a se ipsum intelligente compactus.)

Confessarii in templo sunt ordinarie	15
> in Odæo	0
> in medio templi, solemnioribus diebus. . . .	6
Communicant diebus Dominicis, circiter	1200
> solemnioribus diebus	4600
> primis Dominicis mensis.	4000

Conciones, et Catech.

In templo nostro, in Adventu. In Dominicis et festis. In 2 Octavis. Et per Quadragesimam Meditationes dantur quinquies in septimanâ ter flandrice, bis gallice. — Catechismi octo, diebus dominicis; septem in septimanâ (diversis locis). Gallice, in sacello nostro Dominicis diebus.

In D. Gudulæ : in Adventu. In Quadragesimâ quinto quoque anno. Per tres Octavas. (Item) Dominicis..... Jovis? (1)

In S. Nicolai : in Adventu, Quadragesimâ, Dominicis mane; Festis mane et a meridie. Una Octava..... Jovis.

In Sabulone : In Quadragesimâ. — Una Octava. — Dominicis et festis, mane flandrice, a meridie gallice.

In Vinstersterre, Dominicis et Festis.

In S. Elisabethæ, Dom. et festis.

In S. Gaugerici : In Adventu. Quadragesima et una Octava. Sed hæ stationes non sunt nobis certæ. — Jovis.

Vilvordiæ, aliquoties in anno, quando nobis videtur.

In Capellâ, Caubergh, et aliis locis, sæpe vocamur; sed nulla statio certa Dominicis. — Jovis.

In (ter) Cameren, singulis diebus lunæ — diebus mercurii.

In S. Catharinæ. Dominicis. Jovis. — In S. Cruce, Dominicis.

Apud Barlaymont, semel in septimanâ.

Missionarii Castrenses 14.

(1) Quoties ponitur *Jovis*, designatur fortasse *Catechismus*. Cæterum, Nostri catechisabant quâ in urbe, quâ foris anno 1649, Dominicis diebus, 10 locis; diebus feriatis, 10 locis.

1654	,	,	12	,	,	11	,
1664	,	,	11	,	,	13	,
1665	,	,	11	,	,	12	,

Scholæ 6 :

In 1 ^a (sive Rhetorica,) studiosi numerantur	50
In 2 ^a >	55
In 3 ^a >	92
In 4 ^a >	87
In 5 ^a >	80
In 6 ^a >	147
Summa	<hr/> 491 (1)

Sodalitates 7 :

Litteratorum inscripti	100,	ordinarie præsentes	50
Studiosorum	>	>	80
Conjugatorum	>	400	>
Juvenum	>	240	>
Juniorum	>	152	>
Puerorum	>	>	300
Angelorum	>	>	90

Externi obierunt S. Exercitia 15.

(1) Ut ex aliis catalogis patet erant universim : Anno 1649 discipuli 607.

Anno 1654 discipuli 679. Anno 1657 discipuli 702. Anno 1664 discipuli 690.
> 1655 > 659. > 1658 > 670. > 1665 > 705.

Hæc sunt quæ sincerissime, candidissime, rectissimeque habeo scribenda Rev. Vestræ, quam rogo ut non dubitet quin eam informabo quam fidelissime potero. Atque hæc de informatione. — Venio ad Instructionem.

Actum fuit cum Leodiensibus, qui volunt fortissime se opponere.

Magistratus Leodiensis, et Clerus B. Virginis, nihil sunt; imo etiam hic urgetur ad jurandum, æque atque alii.

(1) Has litteras signat, ut Rector, P. Joan. Bapt. Boddens. Quare ergo mox in initio dicit se litteras accepisse a P. Rectore, et a quo Rectore? Ab eo apud quem tunc erat, a Rectore Leodiensi, nam ex hac urbe scribit.

Aliud dubium: quare adscrispsit ad harum litterarum calcem: *Accepi patentes R. P. Nostri?* Suppono fuisse patentes renovandas, quia ejus Rectoratus triennium elapsum erat à 10 Februarii 1635.

Scriptum ad Principem Auriacum, ut monet R^a Vestra. — Idem est de Duce.

Omnes Religiosi censem abeundum sibi potius, quam jurandum. Et tale mandatum habet in virtute S. Obedientiae Guardianus Franciscanorum. Patres S^u Augustini mandatum habent non faciendi amplius, quam ut nude promittant se non fore proditores.

De Consultatione Theologicâ faciendâ nihil actum. Proponam ubi rediero.

Nectam omnes moras possibles. Sed una difficultas tantum potest esse quod forte ita prememur, ut non sit futurum tempus ut recurramus ad R. V. Quo casu mordicūs sequar instructionem R^a V^a. — Etsi ægre adduci possim, ut quocumque modo jurem. — Res mihi non videtur in periculo proximo, sed saltem differenda ad menses. Ita censem is, qui melius scire potest, quam ego.

(*Reliqua pars Epistolæ de alio negotio pergit*).

Commendo me R^a V^a S. Sacrificiis, Leodii 27 Septembri, 1635.

Rev. V^a Servus in Christo.

Accepi Patentes R. P. N.

J. BAPT. BODDENS (1).

SOLUTIONES CASUS A VARIIS PATRIBUS.

(*Quæ, si comparentur cum Epistola, die 21 Septembri, datt a R. P. Provinciali, petitæ suisse videntur, antequam Trajectum scriberet*).

An Patribus Trajectensibus liceat, vel expeditat jurare Statibus Provinciarum Confœderatarum obedientiam, et juxta Formulam eis exhibitam?

Quanquam hæc res non paucularum horarum, sed longius exactiusque examen requereret, quantum tamen pro angustia temporis expendere eam licuit, dicendum breviter videtur :

1º Juramentum hoc *secundum se*, cum non nisi ad generalem obedientiam civilem, prout verba præ se ferunt, videatur astringere; idque, juxta proborum omnium interpretationem, in rebus aliæs honestis licitis et justis, nulliusque juri præjudicantibus : non videri illud, sic nude consideratum, illicitum esse; quum Superioribus etiam Ethnicis et infidelibus, aliisve Tyrannis et illegitimis justa et honesta imperantibus obedire liceat.

2º Quia tamen hæc *Formula* in multis captiosa est, et exigi videatur ut hoc modo Ecclesiastici omnes, dum Statibus in Unione, et reformatâ religione perseverantibus obedientiam spondent, simul tacite in ipsam Unionem et in rebellionem consentiant, hæreticisque et simul hæresi faveant; videretur tale juramentum juxta prædictam formulam factum (quantumvis apud æquos judices bonam interpretationem et sensum patiatur) omnino scandalosum fore, et spectatis circumstantiis illicitum : Quum omnibus sat notum sit quemadmodum Hæretici verbis universalibus et honestis malignas intentiones suas celare soleant, — et verba Formulae talia sint, quæ ab ipsis ad quasvis res æquas et iniquas exigendas exponi possint. — Unde.

3º Expediens quoque non videtur, ut Societas dictum Juramentum præstet; sed 1º se exceptione tueatur, justâque tergiversatione, quâ, videlicet, non nisi aliorum Ecclesiasticorum et Religiosorum, utpote seniorum, viso prius exemplo, aliquid ipsa statuat faciatve.

(1) Epistola autographa (erat) et authentica, cum sigillo collegii Leodiensis : proin ut plura alia, martyris pretiosæ reliquiæ sunt. — Litteræ, quas 15^a et 19^a scripsisse dicit, non adsunt.

4º Quod si Ecclesiastici cæteri, ac Religiosi, quod sperandum non est; hujusmodi juramentum ederent, non videretur, vel tunc, tam universalis et cæca obedientia illic juramento promittenda : sed stipulandum esset exacte, et in particulari, et quibus in rebus, obedientiam nostram sibi juramento firmari desiderent, in quibus hactenus non et ultrò præstata fuerit, et servata.

Postremò, sive hujusmodi *declarationem* Juramenti, rerumque juratarum concedant, edantque ipsi, sive non; non videtur ullo modo juramenti formula ulla admittenda, nisi Principi ejusque Consilio priùs exhibeat, et, ut fiat approbetur, ne certam Regis (hispaniarum) offensam, pro incertâ et forte brevi apud fraudulentos homines securitate, obtineamus.

Ita, salvo meliore judicio sentio.

Sign. ADRIANUS CROMMIUS, S. Th. Professor. (Lovan.)

Idem sentio; IGNATIUS DERKENNIS, S. Th. Professor.

Idem sentio; GOSUINUS DE METSER, S. Th. Prof.

AN SOCIETATI JURANDUM SIT IN VERBA FORMULÆ N.

(*Huic alteri solutioni adscribitur, in capite, manu aliâ : « Resolutio Patris ab Hees, P. Serjants, P. Bauters, et Rectoris Bruxellensis, (tunc P. Vereycken.) »*)

Ardua omnino ac difficilis ea quæstio est, utrumque anceps et exposita periculis; ac proinde magnâ cautelâ procedendum videtur. — Ad quam hæc occurrebant :

1º Magno silentio in hac causâ utendum, tum domi, tum foris, tam hic quam alibi, ne Societas in alterutram partem aliquid concepisse, et statuisse videatur. Neque enim dubitandum est, quin varii, tam sœculares quam Regulares, Societatis consilia et decreta expiscari conabuntur.

2º Trajecti, primùm omnium, Superior explicet illis Societatis Institutum, quoad tractationem negotiorum politicorum; ostendatque quam integre in iis se habeat, ostensis etiam ad hoc Regulis et Decretis.

3º Declaret illis Dominis, nullibi a nobis exigi hujusmodi juramentum, a nullis Regibus, Principibus nullis; ubique Societatis fidelitatem ita perspectam, ut de ejus integritate non dubitetur.

4º Studeat differre juramentum quantum fieri poterit, his et aliis titulis : quod inter Ordines postrema Trajectum venerit Societas; æquum proinde illos præcedere; recurrendum esse ad R. P. Provincialem, et forte huic ad R. P. Generalem, quod ut permittatur, roget; interim, Nostros futuros in officio.

5º Si alii Ordines in verba prædictæ formulæ jurarent, et urgeatur Societas, tum offeratur juramentum aliis terminis conceptum; quo promittatur fidelitas Statibus, Magistratu et Civitati, ac obedientia civilis, secundum Capitulationem in ditione Civitatis; quâ de re a P. Rectore Princeps Auraicus moneri posset, eos ut defendat.

6º Quod si nolint aliud admittere, declaretur illis decipere nos nolle, sed nec velle decipi, ideoque petatur explicatio circa : de *reformeerde religie sullen* etc. et circa *haer ordonnantien* etc.

7º Explicatione habitâ; si nihil contra conscientiam ea involvat, rogentur, ut eam (*explicationem*) juramento adjici permittant, et, — si aliter evadere nequeant, — reliquis jurantibus Nostri accedant.

8º Videndum, an in casu extremæ necessitatis, Collegium illud uniri nequeat Collegio Leodiensi.

(Hi non signarunt.)

AD JUSJURANDUM AB ORDINIBUS PROPOSITUM, RESPONDEO :

1º Non videri mihi esse contra Fidem, nec contra obedientiam Ecclesiæ: verba enim universalia *omnia* commode accipi possunt, etc.

2º Præstari tamen a nostris, meà quidem sententiâ non potest; 1º propter scandalum. Nam signum distinctivum per verba: *die by de hanthoudinge van de gereformeerde Religie sullen blyven*, ab hæreticis appositum est, tanquam ratio formalis obedientiæ præstandæ. Et licet aliter a jurante intelligi posset, tamen est de male sonantibus sub hac formulâ jurare. Idem est de formulâ indeterminatâ: *in haere Ordonnantien ende bevelen sullen gehoorsamen*, quæ omnia comprehendit, etiam Fidei, etc. adversantia. Et quamvis ea jurans apud se posset restringere; tamen apud Fideles scandalum crearet, adeoque et hâc restrictione uti non licet. 2º Quia esset contra prudentiam. Nam, quantumcumque verba supradicta restringi, commodeque explicari possint, jurantesque restrinxerint mentaliter; nihilominus ea ab inquis Dominis rigide, secundum omnem latitudinem suæ significationis, exigentur, (de quo moraliter certi sumus), et sic nihil juvabit nostra cautela. Atque interim, aliqui forte scandalum passi fuerint, et apud minus æquos accusabimur perjurii.

Itaque, salvo meliori, judicare: Nostros ad *omnia* promptos exhibendos, quæ pacta urbis deditæ continent; et contra nova sacramenta, protestari meritò posse.

Quod si hoc jurejurando nihil novum contineri dicant, (judico) expositionem seu potius permutationem vocularum supradictarum exigendam. Quâ debite factâ jurare poterunt. Sin minùs: omnia potius experiunda, quam ut proximo scandalum, Regique Nostro (Hispaniæ) justam dissidentiæ erga nos ansam præbeamus.

Ita in Dno sentio.

Sign. IGNATIUS VAN DER BURCHT. (1)

(1) Erat is Hagæ-Comitanus, diu concionator et Consultor tum Bruxellis, tum deinde in Domo Professa; et Rector Gandavi, obiit XI Februarii 1637.

Ut dixi suprà, *Juramentum* illud nunc dilatum, aut omissum fuisse videtur: quâ verò ratione, non mihi constat, ob absentiam documentorum. — Documenta autem hæc, ad annum 1635 spectantia, lectori communicanda censui, quia usu venient in rebus anno 1638 et sequenti peractis.

APPENDIX XIV. (Pag. 54.)

De proscriptio P. Godefridi Wandelman, Trajecto, anno 1636.

(Archiv. regii, l. c.)

AEN DEN RECTOR VAN DE JESUITEN, BINNEN ONSE STADT MAESTRICHT :

De Staten Generael der Vereenige Nederlanden :

Wy houden ons verseeckert, dat ghy u wel sult weten t'erinneren, dat de Heeren onse Gecommitteerden in 't voorleden jaer aldaer geweest synde, u hebben vermaent dat ghy soodanige ordre soude hebben te stellen onder die van desselfs gezach, dat sy haer souden hebben te onthouden van alle seditieuse ende ontstichtelycke sermoenen. Dan, wy werden boven vermoeden bericht ende veradverteert, dat seeckere Jesuit, genaempt Wandelman, sich aen en aen diesniettegenstaende laet gelustigen, seer seditieuse sermoenen te doen, en oock 't selfde in particuliere huysbesoecken te fomenteren; ende alsoo 't selfde genoegsaem strect om den eenen ingesetenen aldaer tegen den anderen op te hitsen; soo en hebben wy niet ledich kunnen staen, u mits desen te versoecken, vermanen ende begeeren, dat ghy den voornoemden *Wandelman* *sult verplaetsen binnen den tyd van ses dagen naer de receptie deses*, off by faute van dies, sullen wy sulcx door de stercke hand doen effectueren. En geven hierneffens advertentie van dese onse Ordre, aen den Burgemeester, Schepenen ende Geswoorene der Stede Maestricht van de Brabantse zyde.

In den Haghe, den 10 Aprilis 1636.

G. V. Hoffer, rf.....?

Ter ordonnantie van de hoochgemelde Heeren Staten Generael

CORN. Muets.....?

AEN HOOGHE MOGENDE HEEREN STAETEN GENERAEL.

De Pater Rector, ende andere van 't Collegie der Societeyt Jesu tot Maestricht, hebbende, op den 28^{en} van April naestvoorleden, ontfangen de missive van U^e Ho. Mo. hier annex, gedateert den 28 derselve maent, inhoudende bevel, precis ende *sine clausula*, van te doen verplaetsen haeren medebroeder P. Godefridus Wandelman, uyt oorsaeke van, dat hy soude gedaen hebben seer seditieuse sermoonen, ende oock 't zelve gefomenteert in particuliere huysbesoechinghen, de welke soude genoech wesen om den eenen ingesetenen tegen den anderen op te hitsen etc.

Seggen, op ootmoedighe correctie, dat sy souden hebben sonderlinge gewunscht, dat U. Ho. Mo. hadde geliefst hunlieden te minsten eens te hooren, aleer op d'aengheven van haere tegenpartye alleene te resloveren, ende daedelyck ter executie te stellen haer voors. precis mandement. Want zy in dien gevalle, souden hebben cunnen op den staenden voet bethoonen dat noyt iemand, van wat religie dat hy oock mochte wezen, en heeft eene gepeynse gehadt, om de predication van voors. P. Wandelman van seditie te berispen, of deshalven voor berispaer te houden in eener maniere. Ter contrarie, dat den Predikant Philippus Lodouyck selve, ende andere syne meest afgunstighe, noyt en hebben den voorseiden Pater, met woorden, geschriften of druck, hogher of swaerder beticht, dan van scheltwoorden, beroepingen, luegenen enz.

Alle de welcke zy oock zouden hebben cunnen promptelyck wederleggen, ingevalle dat haer de tweede oore hadde gespaert geweest, alsoo wel als die, onder ootmoedige correctie, aen niemanden en can geweygert worden, jae oock niet (om met eygene woorden van Rechte te spreken) aen onzen algemeenen boosen vyandt.

Ende, alsoo sulx niet en is geschiet, soo ist dat de voors. Rector en Collegie, tegen de voors. vremde ende ongehoorde practycke van haere tegenpartye, waerby 't voors. precis bevel *sine clausula* is by inadvertentie ondercroepen, genoodicht syn te employeren, ende t'imploreren, met oetmoedige permissie, het remedie 't welcke in dien cas wordt gepreschrebeert ende gehandthoudt by alle de Rechten ende Rechtsgeleerde van de geheele werelt, te weten de *Appellatie* tot U. Ho. Mo. beter geinformeert (1).

De welke Appellatie, in den gevallen voorseid, soo favorabel is, dat alle de Legislateurs hebben in alle tyden ende plaetsen eenvoudelyck gestatueert, dat de geinteresseerde partyen alsoo geprecipiteert oft beswaerd synde, ende daerentegen nemende haer prompt recurs van Appel, sullen middelertydt meugen haer ende haerlieder recht ende possessie in geheel houden, sonder dat sy daeromme sullen gesuspecteert worden van eenige misonderdaenicheyt, verlies van respect, oft andersins.

Ende om dat somwylens can questie gemoveert worden, of een onderdaen heeft genoechsaeme redens gehad oft niet, om onder 't pretext van sub en obreptie niet geobedieert te hebben, aen de letteren van bevel waerinne gemeenlyck in de Hoven worden lichtelyck argumenten gevonden om de absenten te beschuldigen. Soo ist (nochthans), dat bij de gemeene geschrevene wetten en rechten, ende oock alle de civile ende municipale, eenformelyck wordt geleert, dat de *sub*, ende obreptien worden gehouden voor geheel notoir, ende buyten twyffel, om daerop appellatie, metten effect suspensif, te fonderen, alswanneer aen iemanden, by hooger bevel, syne ghoeden, recht, oft eere worden benomen, ongehoort ende ongefondeert, gelyck als in desen is geschiedt.

Boven welcke redenen, syn in desen noch bygecommen twee andere notorieteyten; d'eeene *in facto*, d'andere *in jure*.

In facto, dat alle lichaemen binnen de Stadt Maestricht, als van Ambachten, Gilden, Broederschappen, ende andere.... alle notoirelyck *tweeheerig* (*Dnis duobus subjecti*) syn, gelyck als is de geheele Stadt, van welcke sy syn *partes integrales*.

By consequentie, dat oock alle Cloosteren, Conventen, Godshuysen, ende dergelycke gheestelycke gemeenten (als men die wilt considereren buyten en sonder haere gheestelycke immuniteit ende jurisdictie) oock syn notoirlyck van de selve *tweeheerighe* nature ende conditie, sonder eenighe dispariteyt, onder den aldernotoirsten regel : tot Maestricht, EEN HEERE, GHEEN HEERE; TWEE HEEREN, EEN HEERE.

In jure : dat de jurisdictie *judicis* resideert by beyde de Heeren *conunctum*, privatellyck aen elck eenen alleen ende à part : oversulcx, dat als wanneer voorcomt contrarieteyt van bevelen, alle saeken moeten blyven ende gelaeten worden in haer geheel, zonder eenighe innovatie.

D'welck is d'eygene natuer van de Stadt Maestricht, op de welke gebouwen syn de fondamentele stads-rechten, die by alle de oude ende nieuwe concordaeten syn eenvoudelyck gedicteert, ende ook speciaelyck by de onlangsche *Capitulatie* van den jaere 1632 geconfirmeert; ja oock, daernaer met speciaelen eedt in handen van E. E. Heeren *Commissarissen-Deciseurs* van U. Ho. Mo. neffens die van Luyck beswooren, om pons-tuelyck onderhouden ende geobserveert te worden.

Op welken voet is geschiet, dat van weghen Zyne Keurvorstelycke Doorluchtigheit van Cölen, Prince van Luyck, als mede-Heere, is aen den Eersamen Raedt des Stads Maestricht geschreven worden deze (hier) byghaende Missive (2) van bevel, welkdaenighe

(1) Hic simul et *semel* notetur : quod si in hujusmodi juridicis scriptis, responsis, supplicibus Litteris, quidquam lectori displiceat quoad stylum, terminos, dicendi modos, etc. id imputet viris laicis, jurisperitis, advocateis, scribis, qui talia documenta aut componebant, aut redigebant. — Hoc præsenti quidem tempore *Advocatus* Collegii Trajectensis erat, quidam nomine *Paludanus*. — Cæterum, ex hoc documento liquet, non tantum quæ fuerit illo ævo styli barbaries; sed (quod intimius ad Historica studia spectat) constat inde iterum, quantopere Batavica respublica pactos solemniter Tractatus, pro libitu suo sperneret, et nominatim hic quemadmodum, commune suum cum principe Leodiensi dominium contemneret.

(2) Has litteras Electoris, Episcopi Leodiensis, nusquam adhuc inveni.

men verstaet dat de Heer Commandeur Goltsteyn oock heeft ontfangen. — Tegen de welcke, onder correctie, gheen argument en maekt dat de Prinse van Luyck sy van *andere Religie* als UE. Ho. Mo. gemerkt dat alhier dienshalven geene questie en is; — maer wel van *seditie*, tegen de welke de Prinse van Luyck met gheenen minderen zele en affectie en is gedraegeen als UE. Ho. Mo. tot straffe ende punitie, alswanneer de saeke soude worden bevonden daer toe gedisponeert.

Tot welken eynde, de voorseide P. Rector ende Collegie, oitmoeedelyck bidden dat U. Ho. Mo. gelieve de kennisse ende judicature deser saecken te verseynden tot de aenstaende vergaederinghe van de vier *Commissarissen-Deciseurs*, gelyck, in sulckdanige differenten, van alle tyden gewoonlyck is te geschieden.

Te meer, om dat de oorsaecke van clachte tegen den voorseiden P. Wandelman, nu sedert eenige weken geheel is gecesseert; sedert wanneer oock de Predikant Philips Lodovick oock heeft ingetroken sekere enorme injurieuse manifesten, de welke hy langen tydt, des morgens op de boomen van den Brydhoff, langs den gemeenen wech naer de groote Kercke, hadde doen aennaegelen; en 't elken daege, 's morgens, ende des avonts wederom afhaelen, niet sonder grooten tegenmoet ende afkeer van syne eygene auditeurs — waer deure nu is afgesneden de occasie om den eenen van den anderen te spreken, de welke (occasie) by vele gevatt wierd, om in de predicationen van Pater Wandelmans eenige woorden te soeken ende aan te draegen voor injurieus, tegen de rechtsinnighe intentie ende bedeudenis van (den) ghene die de selve hadde gesproken, naer den regel : *quilibet est interpres suorum verborum*.

Ende alsoo is geschiet, dat de predicationen van voors. P. Wandelman, sedert dien tydt, syn by de selve personen (die de selve bevorens hadden gelastert als boven) opgenomen ende gepasseert sonder wederspraet, of syndicaet; ja expresselyck geadwyzeert voor alsulcke, die in plaetsen waer liberteyt is van religie, vryelyck meugen geschieden, zonder eenige wederspraek : welke form ende manier van prediken de voorschreven P. Wandelman sal voortaan continueren, waertoe de voorschreven P. Rector versekert, op 't hoogste, dat hy can de handt houden, ende van tyd in tyd Uwe Ho. Mo. dit te doen blyken.

Mits welke redenen, wy bidden iterativelyk ten eynde van renvoy deser saecken tot de voorseide Commissarissen-Deciseurs, verhoopende middelertydt, ende desniettemin versoeckende oitmoeedelyck, dat U. Ho. Mogentheden zal gelieven den voorseide Pater Wandelman te laten in de oude bediening van syne statie; doende haer tot meerdere versekherheyd informeren over de voors. waerheyt van, dat alle de voors. leste sermoonen geschiedt syn sonder de minste misnoegte of stoffe van clachte, gelyck oock alsoo sullen, met Gods hulpe, worden volherdt.

DE STATEN GENERAEL DER VEREENICHDE NEDERLANDEN.

Aen den Rector etc.

Wy hebben geexamineert de Deductie, die Ghy, als oock andere van 't Collegie van de Jesuyten aldaer, aen ons heft laten presenteren, raeckende de verplaetsinge van Jesuyt Wandelman; doch hebben diesniettegenstaende goet gevonden, u mits desen aen te schryven, en te lasten, dat ghy den last den 18 Aprilis, lestleden, u aengeschreven, alnoch precise sult hebben by ons t'achtervolgen, en diesvolgens, sonder uytstel den voornoemden Wandelman verplaetsen binnen den tyd van ses daeghen nae de receptie deses, off by faute van dien sullen wy sulcx door de stercke hant doen effectueren; ten welcken eynde wy hier neffens syn schryvende aen den Commandant aldaer.

In den Hage, den 22 Maii 1636.

Sign. FRIDERICH VRYHEER VAN SCHWARTZENBERG etc.

Ter ordonnantie van de hoochgemelde Heeren Staten Generael

CORN. Muets.....?

APPENDIX XV. (Pag. 80.)

Altera succincta Narratio

ANTIQUISSIMA.

Ex Archivo Regni Belgici, Prov. Flandro-Belgicæ, № 830-858, fasciculo 36.

TORTURA ET GLORIOSA MORS

R. P. JOANNIS BAPT. BODDENS, RECTORIS TRAJECTENSIS, R. P. GERARDI PASMAN
ET FRATRIS NOTTYN.

Externe adscriptum est : Pyninghe en Doodt, van....

Capti 18 Martii, an 1638, omnes tres, et singuli seorsim in singulis cubiculis clausi, adhibitâ etiam militari custodiâ. Causa fuit prætextus proditionis, saltem aliquando cognitæ. Torti omnes tres : Fr. Nottyn primus ad horas omnino decem; deinde P. Pasman horis totidem; denique R. P. Rector viginti duabus, eoque amplius; ac rursus aliis 4 horis, idque diebus quinque ante ejus mortem.

TORTURÆ GENUS.

Immane illud fuit et fœdum. Primùm enim reus, usque ad pudendam nuditatem exutus, deinde jussus sedere in humili scabello; seu potiùs ferreâ cruce decussatâ, nec omnino acutâ, nec ita obtusâ, quin incumbente totius corporis mole carnem alte per-vaderet. Injectæ item illis manicæ et compedes (1) aculeis armatæ; collo autem injec-tum collare horrendum triplici dentium acutorum ordine, e quibus hic sursùm, ille deorsùm, medius ordo rectâ ferrentur. Sustinebatur autem illud collare quadruplici fune, quorum singuli ad ergastuli quatuor angulos distendebantur; ut reus elato semper erectoque collo consistere coactus æqualiter ab omni parte torqueretur. Tum exstrebatur ignis ingens et luculentus, ad quem corpus innoxium veluti torrebatur. — Hoc tormenti genus non in Torturâ (2); sed in carcere ad curationem, ut aiebant, illatum. Ubi porro flamarum vi divulsa pellis, multasque in pustulas evaserat, ferro seca-bantur illæ, et infundebatur acetum cum sale et pulvero pyrio mixtum, et hinc scilicet ingens creabatur doloris sensus. In hoc tormento Nostri toto pene corpore ustulati fœdissime; collum omnino laceratum, pudendæ partes semiustulatæ. In secretioribus apparebant hiantia late vulnera; et hæc omnibus tribus tormenta communia. Patri Pasman adusta mansit utraque mamilla; pars coxendicis excindi debuit, uti et sum-mitas virgæ. R. P. Rectori verenda penitus abrasa; umbilicus eminens, et ignis ac tormentorum vi elicitus prominebat, uti et intestinum quoddam in secretioribus; genua diffissa; sinistra manus tota prope arida atque emortua; denique totum corpus ita fractum fuit et exhaustum viribus, ut a primâ torturâ fuerit in præsenti mortis peri-culo, et a 2^a non fuisset supervicturus ad tres dies a die supplicii; quod ideo fuit maturatum. — Et hæc de torturâ.

Venio nunc ad gloriosam pugilum nostrorum mortem.

(1) quibus, quoad fieri poterat, pedes manusque connectebantur infra dictum scabellum, seu crucem.

(2) i, e, non in solito torturæ loco, sed *in de geneesplaats*.

MORS FRATRIS NOSTRI PHILIPPI NOTTYN.

Die 13^a Julii lata est sententia mortis in P. Pasman, et in fratrem nostrum Nottyn. Tum in gratiam Patris Pasman mutata ea est in perpetuos carceres, sub beneplacito tamen Principis Auriaci; factum autem illud est, non precibus et rogatu Patris Pasman, (uti falso fama vulgavit) sed alio quopiam motore.

Die 14^a Julii, sub horam undecimam meridianam ad supplicium eductus fuit Frater noster Nottyn, qui in ipso carceris egressu Ministros (protestantes) invenit futuros comites et laterones; at ipse, ut illos vidit, illicè substitut, et clarè voce pronuntiavit, non egressurum se, nisi abscederent illi: nolle se tales in eā viā habere comites. Tandem vero, post illam verborum pugnam, dum lateri pertinaciùs adhærent ministri, coactus est procedere; semper tameū ab iis vultum avertit, atque ad eorum voces ac monita surdus fuit. Dum autem alacris et animosus pergit, de viā a Sacerdote sacerdiali Sacramentalem peccatorum absolutionem accepit. Credo etiam quod in carcere S. Viaticum ei occulte fuerit delatum.

Ubi in theatrum venit, sententiam quæ a Notario prælegebatur attentus audiit, et septies aut octies toto capite abnuit, addens insuper liberas illas, et suæ testes innocentiae voces: *Non est ita. Est mendacium. Hæc non dixi. Non sum hæc confessus. Est mihi illud afflictum.*

Lectâ sententiâ, invictus pugil magnâ vocis et animi contentione protestatus est: 1^o se innocentem mori. Deinde, vitam se et sanguinem fundere pro Fide catholicâ, apostolicâ et Romanâ.

Denique, velatis jam oculis pie ac distinete orans, in illis vocibus: *In manus tuas, Domine, commendō spiritum meum*, caput amisit. Illud infixum palo, et in mœnibus expositum; corpus sub patibulo sepultum.

Et hic est exitus religiosi Fratris nostri, cuius animos in tormentis miratus est ipse carnifex.

MORS P. GERARDI PASMAN.

Die 19 Julii mane pronuntiata fuit sententia capitalis in Rev. Patrem Rectorem et P. Pasman, eisque denuntiata sub quartam pomeridianam; sub quam R. P. Rectori adsuere duo Ministri, importuni consolatores, ad quos Pater: Domini mei, inquit, si quâ ratione fieri potest, rogo ne mihi comites sitis, et molesti monitores. Habeo quæ mecum agam, et cum Deo meo! Sic abivere illi; et sese ad extremum supplicium paravere optimi Patres, ac sibi invicem per fenestras e quibus prospectus erat absolutionem impertivere. Et quod magni beneficii loco fuit, secretò, tam huic, quam illi allatum est Viaticum; quod etiam ante R. P. Rectori ut minimùm undecies factum. Ita suis adsuit bonus consolator Jesus.

R. P. Rector pridie mortis testamentum cuidam Capitaneo dictavit, ac deinde propriâ manu signavit, adjecitque ad calcem se penitus innocentem damnari et mori. In eo testamento paucula e supellectili sacrâ suis amicis legavit, et animam Deo suo. Hactenùs istud suppressum est, ob extremam clausulam, testem innocentiae boni Patris. Dictavit insuper binas litteras; primas Rdo P. Provinciali destinans; secundas Excellentissimo Principi Sedanensi, cui suam declarat innocentiam. Ambæ signatæ manu propriâ; ideoque suppressæ fuerunt. Et hæc in carcere gesta. Propiùs nunc ad supplicium et mortem accedo.

Ad quam, 20^a Julii, primus eductus fuit P. Pasman sub decimam matutinam, manibus viñctis. Ubi e carcere pedem extulit, caput nudavit, et confertam militum populique turbam humaniter salutavit, et de viâ obvios quosque; in oculis et vultu præferens magnam animi alacritatem.

Ubi ferale theatrum ascendit, totam adstantium coronam salutavit, pileo priùs in terram abjecto. Tum de mōre prælecta sententia, ad cuius varia capita reclamavit, libere pronuntians vel non ita esse, vel non ita se dixisse. Ad extremum adjunxit: se omnino insciū fuisse illius proditionis, cuius falsò accusabatur: Appellare se Deum

testem, tum auditorum omnium, tum suum Judicem mox, futurum. Dein ad milites conversus rogavit, ne fratri suo optimo id mortis suæ genus objicerent; se innocentem mori, non proditorem. Post hæc, orationem convertit ad suos cives; iis candide exposuit quot annis illis inserviisset, paratus pro illis et dare vitam, quam modo Deo suo ac religioni consecratum iret. His ita peractis, se ipse ad necem composuit. Sotanam explicuit et in humeros demisit, nec a lictore tangi se unquam est passus. Genua denique posuit, velatisque oculis, alte et pie cœpit ingeminare : *In manus tuas Dne.* — Post quæ verba, ferro vitam mortalem amittens, immortalem invenit. Corpus cum capite relatum est ad Collegium, et in templo nostro sepultum.

MORS R. P. RECTORIS.

Die 20 Julii sub h. undecimam meridianam e carcere prodiit R. P. Rector, delatus in sede gestatoria, a 4 Alexianis, sive Lolardis. Petuit sibi manibus eximi vincula, quod negatum est. Caput aperuit, et obvios omnes de viâ vultu amœniore salutavit. Incredibilis erat seu populi, seu militum concursus, gemitus et comploratio. Pauca locutus est in viâ propter nimiam debilitatem. Ubi ad theatrum propius accessit, jussus scalas concendere, negavit se posse. Elatus igitur, in ultimo gradu pronus concidit. Hic exorta adstantium mœsta conclamatio, quam excitabat extraordinaria quædam (ut fatentur ipsi milites) in vultu majestas, religiosa libertas et incredibilis constantia, quam in hac ultimâ vitæ suæ scenâ spectandam præbuit athleta gloriosus.

Cum non posset in pedes stare, sedem sibi reddi petuit, eamque voluit in medio theatro collocari. Ex hâc, velut e pulpito omnes iterum humanissime salutavit; tum vultu placido sententiam prælegi audiit, et interea manu aliquoties renuens, hæc quasi per parenthesis injecit : *Ad quid ista legere, quæ de verbo ad verbum falsa sunt? — Pergite tamen, cum ita lubet.*

Perfectâ sententiâ bonus Pater, facie aversâ, lictorem qui a tergo erat ad se vocavit, eumque voluit coram et in oculis stare; monuit deinde illum ne se inde moveret, nisi abs se jussus. Id nonnulli crediderunt ex metu mortis, verum se ipsi posteà damnarunt, ubi notarunt id consultò fecisse, ne præproperâ cæde abriperetur priusquam ea dixisset, quæ expediebat non tantum eo loco, sed orbe toto publicari. Ea porro fuere hujusmodi, præmissâ salute : Protestatus est se innocentem mori, nec unquam quidquam scivisse eorum, quorum in sententiâ mortis mentio fieret. Lansmannum, suum accusatorem, ante jactam in se tam impudentem calumniam nec novisse, nec vidisse. — Ubi hæc dixit, consedit in sellâ humiliore, in quâ se ipse ad cædem aptavit. Sotanam explicuit, ac demisit; hoc in opere supra vires, et plus æquo labrantem juvit prætoris famulus, nec enim se a tortore vel leviter contingi passus est. Tum liberâ voce petuit, starene satis erecto capite ad lethale vulnus excipendum? Tortori cervicem aliquantulum erigendam monenti, paruit; iterumque ab eo quæsiit, an jam satis recte? Illo annuente, magnâ vocis animique contentione exclamavit : *In manus tuas Domine....* Et in iis verbis vitam clausit, ingenti adstantium omnium sensu.

Probarunt omnes, et admirati sunt, tantam in ultimâ illâ scenâ libertatem et constantiam, quæ in vultu, voce, gestu luculenter emicabat.

Corpus cum capite in loculo clausum, et in domum præpositi militaris relatum, in quâ et duo alii loculi ejusdem magnitudinis et ponderis impleti sunt arenâ, ac deinde aliò et aliò clanculùm elati, terræque mandati, a quibus et quo in loco hactenùs incertum. Sed hoc licet maneat nobis incognitum, Deo semper erit notum, qui servi sui corpus aliquando luci dabit, ut speramus. Certe ejus reliquiae sedulò queruntur, atque asservantur; funes quibus alligatus fuit in plures divisi sunt, uti et cingulum. Est qui pro reliquiariâ thecâ obtulit 40 patacones; nec mirum, cum a plerisque habeantur et colantur ut martyres, ab omnibus lugeantur ut innocentes.


Atque hæc series est cruentæ illius tragœdiæ, accepta a testibus oculatis fide dignissimis, et eâdem fide reddita.

APPENDIX XVI. (Pag. 80.)

De Martyribus Mosæ-Trajectensibus, S. J.

NARRATIO GALLICA COÆVA.

Ex Archiv. Regni Belgici, l. c. N° 35.



En l'an 1638, il fust formé par le S^r de Maisieres, Gouverneur de Newaigne, une entreprise sur la ville de Maestricht, par le moyen d'un brasseur, bourgeois de la dite ville, nommé Lansman, et d'un soldat bourguignon, qui y estoit en service, qui ayant leurs maisons joignant la muraille, prétendoient dans leurs maisons y faire des trous, et par là introduire une nuit des gens qui leur seroyent envoyés, et se rendre maistres de la Porte Notre-Dame assez proche des dites maisons.

Pour parvenir à ce dessein, il fust communiqué au maistre-maçon de la ville et à un sien compagnon; et le jour des Roys, Lansman, après s'être confessé, dit au Père Vinck, Cordelier, son confesseur et de toute sa famille, qu'il désiroit lui dire quelque chose, et estant demandé si c'estoit encor de sa confession, luy dit que non; et pour cela fut remist à l'après-diner. Estant revenu trouver le Père, il luy déclara ce dessein, lui voulant persuader qu'il y estoit porté par le désir de revoir cette ville soubs la domination d'un Souverain catholique. Le dit Père Vinck l'en dissuada, et luy dict qu'il ne debvoit se mesler de telles affaires, mais songer à celles de sa famille; qu'il laissast à Dieu d'ordonner et d'eux et de Maestricht; que pour lui il n'en vouloit jamais entendre parler; et qu'il luy avoit fait ores grand désplaisir de lui communiquer une chose qui n'estoit pas de sa profession et de laquelle il ne vouloit rien scavoir; et que pour luy, il luy conseilloit de s'en départir, et ne s'y point embrouiller.

Quelques jours après le P. Cordelier susdit, allant à Liege par la barque qui était franche pour tous les Religieux et Bourgeois, il fut prié de quelques officiers de Maestricht de demander au Gouverneur de Newaigne, M. de Maisières, des passeports pour aller dans les voisinages; ce qu'il leur promit, après en avoir eu la permission du S^r de Geversham, sergeant-major d'un régiment de cavalerie, alors commandant à Maestricht; et pour cet effet, à son retour de Liège, il parla au dit Gouverneur, lequel après qu'il fut sorti de sa chambre le rappela, (lui parla de son entreprise) (1) et lui nommant toutes les personnes qui en estoient, le convia de s'en vouloir mesler. Ce qu'il (le P. Vinck) refusa; protestant de n'en vouloir rien scavoir: que sa profession estoit de prier Dieu, et, qu'à présent il se préparoit pour prescher le Caresme, et sur cela sortit. (Mais alors M. de Maisières) le Gouverneur (du Fort) lui dit: Au moins, me ferez-vous votre serment de n'en point parler! et le pria de donner une lettre à Lansman. Le P. Vinck prit la lettre, et la garda trois ou 4 jours dans sa cellule, jettée sur une table; ayant peine de la retrouver lorsque Lansman la lui vint demander, ayant sçu par une autre voye qu'il en avoit une à lui rendre.

Ceux qui ont cognu ce Père (Vinck) ne trouveront pas estrange cette sorte de procéder; n'ayant eu ses pensées qu'attachées aux choses de Dieu, et non à celles du monde; et point du tout à celles-çi.

(1) Les parenthèses ici, n'appartiennent pas au texte; mais au copiste, qui ne continue pas de suivre toujours l'orthographe ancienne.

Quelques jours plus tard le soldat Bourguignon, ayant été mis en prison sur quelques soupçons qu'on eut, de lui voir d'avantage d'argent qu'il n'estoit accoutumé, il découvrit la dite entreprise, et accusa Lansman, qui aussi-tôt fut arrêté, et sans gesne, ni tourment, confessa et dist avoir communiqué ce dessein au P. Vinck et autres complices.

Le maistre-maçon seul se sauva. Le P. Vinck estant arrêté, et conduit au logis du S^r de Golstein, alors Commandant à Maestricht, escrivit toute sa déposition, conforme à ce qui a été rapporté c'y dessus. Et, lui ayant été depuis donné la gesne (torture) et à tous les autres, et deux fois au dit Lansman; tous ne dirent rien de plus, et n'accusèrent personne, que la femme du soldat bourguignon: comme il apparoist par l'original du procès-verbal, où il y a dans les interrogatoires faits à Lansman, lorsqu'il estoit applicqué à la question, scavoir: « s'il n'avoit communiqué son » entreprise à aucun Ecclésiastique de Maestricht? — Respond que non, hormis au » P. Vinck. » Lequel article est vrai: (il est biffé, mais) en sorte qu'il peut se lire encore! — et le Duc de Bouillon l'a veu, et fait voir, et remarquer à deux Députez des Estats-Généraux, les S^r Barnhein, et de Schonenborg (1).

Ledit Lansman ayant été prisonnier 15 jours; ayant subi la gesne deux fois, n'accusa encore aucune autre personne, qu'un nommé Hofmeyer, qui autrefois avoit été Secrétaire, et depuis Enseigne de M^r de la Moterie; homme de fort mauvaise vie, qui bien que Catholique en apparence, n'entendoit la Messe que rarement, et ne fréquentoit pas les Sacrements; grand ennemi des Jésuites, qu'il disoit avoir été cause qu'il eut été emprisonné à Bruxelles, sur le soupçon d'une trahison sur la ville de Leau, où il avoit été en garnison. — De là, le dit Hofmeyer suscita au dit Lansman, d'accuser les Jésuites d'avoir eu part au dessein (de livrer Maestricht); lui persuadant que c'estoit le seul moyen de sauver sa vie; et que pouvant s'en prendre à ces gens là, qui estoient habiles, on l'excuseroit facilement (lui) de s'estre laissé induire en erreur.

Ce malheureux (Lansman), alléché par cette espérance, dit (déclara) sans gêne ny tourment, (c'est à dire sans avoir subi la question) qu'il avoit parlé deux fois de ceste entreprise au P. Jean Baptiste Boddens, Recteur, qui avoit son compagnon avec lui qui l'avoit entendu, et (qu'il en avoit parlé) encore, une autre fois, à un autre Père, nommé Pasman qu'il (avoit) rencontré dans la rue.

(1) Tout fait croire, que cette narration a été dictée par le Duc de Bouillon; que l'*Imago primi sæculi*, pag. 842 y fait allusion; et que Tanner en parle, lorsqu'il dit, qu'il a écrit *d'après la narration du Duc de Bouillon*, « *juxta ipsius Ducis Bullonii narrationem, gallice conscriptam, quæ asservatur in Romano tabulario Societatis Jesu.* »

La copie, (déposée aux Archives de l'Etat), fut envoyée de Cambrai, au Provincial de la Province Flandro-Belge, Laurent Van Schoone (35 ans après l'événement dont elle rend compte), par le Chanoine Rénier de Crasavernaz, accompagnée de la lettre suivante :

« Adm. Reverende in Christo Pater. »

« Inter diversa scripta R. P. Gualteri Paulus, Societatis vestræ, S. Th. Doctoris, et Patrui
» mei, nuper defuncti, quondam Ducis et Ducissæ Buillonii, Confessarii, habui unum concernens
» injustam executionem R. P. Rectoris tunc Collegii Trajectensis, Joannis Bodens, cum P. Pasman
» et F. Anothin... quod magis competere Rev. Vestræ, sive Provinciæ Flandricæ censui; ideoque
» illud, Societati Vestræ fidissimus et addictissimus, remitto Paternitati vestræ, cujus precibus et
» sacrificiis me commendo, remanens Cameraci, 1 Februarii 1673. Rev. Vestræ.

Humillimus et ad obsequia paratissimus servus,

REINERUS PAULUS DE CRASAVERNAZ,

Metrop. Cameracen. Canonicus.

Postscriptum :

« Adjungo (libros), et dono Rev. Vestræ : *Jesum-esum*, cum *Horto olivarum*, ab eodem
» Patruo meo compositum, alijs in folio impressum, Deo juvante; præter *Cogitationes serias*,
» *Bivium et Jubilæum*, atque *Scalas et alas ascendentis in cælum*, quas reliquit impressas.

Sur quoy, on alla la nuit prendre ces deux Pères, et on emmena tous les autres Relieus (du Collége) au logis du Commandant (Golstein), afin que Lansman recognust le compagnon du P. Recteur; et tous lui estants montrés, il s'adressa premierement à un Père, dont le Duc de Bouillon ne se souvient du nom (1), qui lui dit : « Comment Lansman! Comment Lansman ne me cognoissez vous pas? Vous avez pu me voir tous les jours, preschant à S. Nicolas! » (qui estoit la paroisse du dit Lansman). Sur quoi (celui-ci avoua s'estre trompé; et s'adressa ensuite à un Frère Coadjuteur, nommé Estienne (2), qui surpris de cette accusation, luy demanda en quelle langue il avoit parlé? et Lansman lui ayant respondu : « en Flamand »; — le frère dit : « Comment vous aurais-je compris, si je suis Liégeois, et n'en sais pas un mot (de flamand)? De plus, je n'ai jamais accompagné le R. P. Recteur; et je ne bouge pas du logis, estant le brasseur de la maison. » Voyant donc s'être trompé, n'en connoissant en vérité pas un; ils furent tons renvoyez à leur maison.

Deux jours après, on vint prendre (et emmener) prisonier le fr. Nothin, qui estoit le compagnon ordinaire du P. Recteur, pour mieux faire remarquer la haine qu'on avoit particulièrement (conçue) contre le dit P. Recteur, et pour préparer les esprits à croire plus facilement ce qu'on avoit résolu de lui imposer.

Quelques jours avant que (le P. Boddens, Recteur) fust arresté, on fist courir le bruit qu'il avoit voulu s'ensuir de la ville; et que pour cest effet, afin qu'on le laissât sortir à la Porte, il avoit gagné un soldat de la compagnie du Commandant.

Pour en faire donc voir la fausseté (de ce bruit), il faut rapporter comme la chose se passa, qui donna lieu à ces faussetés. Les Pères avoient une Cense, à Fouron le Comte, pour laquelle ils estoient en procès avec le Sr de Meer, dont l'avocat, Paludanus, avoit la conduite; et estant nécessaire de se transporter sur le lieu avec le P. Recteur, le dit Paludanus en demanda la permission au Sieur de Golstein, Commandant; tant pour luy, que pour le dit P. Recteur. Celle-ci lui estant donnée, le dit P. Recteur se présenta à la porte Notre-Dame pour sortir de la ville; ce qui lui fust refusé par l'Officier qui estoit de garde. Ceci ayant été dist à l'avocat Paludanus, qui estoit venu au Collége pour voir si le P. Recteur estoit party, parceque lui (Paludanus) alloit à cheval; il s'en alla aussitôt au logis du Commandant, qui pour l'exécution de sa promesse et permission, donna un soldat de sa propre compagnie, et qui estoit de garde devant son logis, pour faire servir le dit Père. Ce qui pourtant lui fut refusé de même par l'Officier qui estoit à la porte. Sur quoy le dit Paludanus voulant retourner au logis du Commandant, s'assurant bien de faire sortir le Père, celui-cy ne le voulut, et dist, qu'il n'estoit pas à propos; et qu'on en vouloit aux

« Videbit (mox) Paternitas vestra *Jesu-logiam*, ab eodem compositam, imprimendam post approbationem, mihi promissam, quam exspecto a R^{mo} P. Generali vestro. »

Telle est la lettre du Chanoine, neveu de son oncle paternel Wautier Paulus, Jésuite. — Ce Wautier Paulus, natif d'Huy, écrivait dans le Régistre du Noviciat de Tournai, en 1627, ce qui suit :

« Ego Paullus, Gualterus, Huensis, natus die 24 Junii 1606, ex legitimo toro, Patre Joanne Paullus, et matre Anna Jaspar (ambobus superstitibus) mercatoribus, grammaticæ et human. litteris operam dedi Audomari per quinquennium, et Duaci per annum apud Patres S. Jesu. — Philosophiæ vero, per biennium Duaci apud eosdem, præceptoribus Joanne Petri, et Bernardo Robianoy. Admissus fui in Societatem Jesu a R. P. Francisco Lacroix, ejusdem Societatis per Gallo-Belgicam Præp. Provinciali, Duaci 3^a Augusti, anno 1627; et veni ad domum probationis Tornacensem die 4^a Octobris, ejusdem anni. »

Ce Père, Wautier Paulus, enseigna la philosophie et la théologie à Douai et à Vienne. Il fut pendant cinq ans Censeur des livres, à Rome, et revint passer le reste de ses jours à Douai. Il y mourut, en 1672. Pour ses ouvrages, voyez les PP. de Backer, *bibliotheca Soc. Jesu*.

(1) Le P. Callant, Raphaël, Préfet des Etudes, Gantois de naissance.

(2) Stephanus De Neef.

Jésuites : qu'il valoit mieux qu'il ne bougeast, pour ne donner matière de parler à leurs ennemis, s'il sortoit de la ville. — Ce fust là dessus que ce bruit fust formé, et tellement espandu que quelques jours après, mais avant l'arrestation du Père, un Lieutenant, François (de nation), nommé de Lisle, rencontrant Paludanus, lui dist : Eh quoi! Monsieur, notre bon P. Recteur que l'on estimoit tant, estoit aussi de la trahison; et avoit corrompu un soldat pour pouvoir sortir de la ville, et s'ensuir! Sur quoy l'avocat lui conta tout le faict; et lui nomma le soldat, lequel estoit en pleine liberté; et lui dist que du S^r Golstein mesme, il pouvoit en scavoir la vérité. Ce dont l'Officier fut fort consolé. — Aussi n'a-t-on jamais mis cela sus au P. Recteur, et n'estoit que pour préparer les esprits à ce qu'on vouloit faire.

Pour retourner au sujet; lorsqu'on amena Lansman, pour estre confronté avec le P. Recteur, Hofmeyer lui dit: « Tenez bon! et certainement vous ne mourrez pas. »

Dans la confrontation, Lansman dict : qu'une fois, dans l'église vers le soir, il avoit parlé au P. Recteur, mais qu'il fesoit si obscur qu'il ne le pouvoit pas bien reconnoistre; (et ajouta) « une autre fois, ce me semble à la porte du Collège, lorsque le Père retournant de la ville avec son compagnon, lui respondit: que quant il seroit temps il lui reparleroit, et l'advertisoit. » Ce qui fust fortement desnié par le P. Recteur, qui pour preuve de la fausseté, fist diverses interrogations au dit Lansman, scavoir: si auparavant il le cognoissoit, et lui avoit parlé? et Lansman dist que non; que seulement il l'avoit vu passer dans la rue. — Puis, pourquoy il lui avoit (voulu) communiquer cette entreprise, ne le cognoiscant pas? — Qu'il le scavoit habile homme, et que les Jésuites étoient affectionnés au Roi d'Espagne. — Pourquoi il n'avoit pas dit au Père Vinck, et autres qui scavoient ce dessein, et qui avoient tous cognoscance les uns des autres, au lieu d'en parler à lui Recteur? — A quoi il se trouva embarrassé de respondre; et ensin dit: *qu'il le lui avoit défendu.* — Réponse dont le Père Recteur se servit... (en lui demandant:) pour quelle considération il (lui Lansman) avoit souffert deux fois la gesne, et 15 jours d'une dure prison, sans le vouloir nommer? ayant aussitost qu'il y fut mis, et sans tourment accusé le P. De Vinck, qui estoit son bon ami et son confesseur? Sur cette faible réponse, qu'il (lui le P. Recteur) avoit défendu de le nommer, il lui demanda, « si le dist P. Vinck, et les autres, lui avoient permis de les accuser? A quoi Lansman n'eut nulle réplique (1).

Et (après que) le dist Lansman (estoit) party (sorti), le P. Recteur dit aux officiers députez pour assister à la dite confrontation: que, s'il eust voulu tremper dans cette entreprise, c'eust été pour en tirer quelqu'avantage. Que cependant il ne se trouvoit pas par les dispositions de Lansman, qu'il s'en fust meslé le moins du monde; ny qu'il lui eust promis, pour en tirer gré, de s'en entremettre, ny avec le Ministre d'Espagne, ny avec le Gouverneur de Newagne; et que, s'il eust eu la moindre cognoscance de cela, il en auroit parlé et conféré bien plus-tost avec le P. Vinck, qui estoit fort son ami, qu'avec un Bourgeois qu'il ne cognoissoit pas, et auquel il n'avoit jamais parlé, et qui continuellement estoit au logis du S^r de Golstein; et avec un nommé Groulart, Hollandais, receveur des licences pour Messieurs les Estatz.

Lansman, après cette accusation et confrontation, ne fust plus si resserré; estant dans une bonne chambre, ne doutant quasi plus qu'on le dust faire mourir; et pour le luy persuader davantage, Jacques Fiesbach, Auditeur militaire, fist un marché avec luy, qu'il lui fourniroit à un tel prix toute biere qu'il auroit besoin pour sa famille un an durant. Ce malheureux ne fesoit que se resjouir, et mesme le Vendredy-Saint mangea de la viande. Cependant, quelques jours après, la sentence de mort fust rendue, et à luy signifiée; mais (alors encore) on le rassura, (en disant) que ce n'estoit que pour avoir son tesmoignage (public) sur l'échafaut, et qu'après il seroit ramené; et qu'il ne se troubla pas, (ce) dont pourtant il ne peust s'empescher, se voyant con-

(1) Vide in prolixiori Narratione latinâ quam arcte Lansmannum strinxerit P. Rector pag. 22.

duire au lieu du supplice où le ministre Ludovics, qui estoit là près de luy, lorsqu'il fust a genoux, prez de recevoir le coup (fatal) lui dist : Lansman! vous ne parlez plus du P. Vinck, et des Jésuites? Sur quoy Lansman répondit : O P. Vinck! P. Vinck et les Jésuites! — et ensuite d'une voix plus basse (il dist) au dit Ludovics : A cette heure, vais-je restourner au logis? — Mais le dist Ludovics s'estant un peu retiré, le bourreau à cet instant lui coupa la tête. — Ces (dernières) paroles furent ouies de diverses personnes, qui estoient au pied de l'*Eschauffaut*, (et qui) les ont rapportées au Duc de Bouillon, et entr'autres à Alenthoven, (qui étoit) le Lieutenant-Colonel de L'Eschelle.

Telle fust la fin de ce malheureux Lansman, qu'on obligea de perdre son âme, pour avoir lieu par ses accusations de tourmenter et faire mourir et tourmenter les corps de ces bons Religieux, de laquelle voye Dieu a voulu se servir pour rendre leurs âmes glorieuses.

Quelques jours après, cette exécution fust suivie de celle de tous les complices, et du Père Vinck (nommément) à qui on avoit promis de sauver la vie; tout le monde ayant recôgnu qu'il avoit malheureusement sc   cette trahison, mais n'y avoit coop  r   en rien. Il devoit aller jouir d'une vie meilleure, dont la bont   de Dieu luy fist sentir les avant-gouts; car il alla à la mort avec grande gayet  , le visage plus riant qu'à l'ordinaire au tesmoignage m  me des H  r  tiques. Dès qu'il sc  ut sa condamnation, il chanta le *Te Deum*.

